

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius rerum

Brack, Wenceslaus

[Basel], 27. Okt. 1483

[Didascalicon Hugonis]

[urn:nbn:de:bsz:31-300951](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300951)

1
1
Incipit prologus
i didascalico hu
gonis.

Multi sunt

quos ipsa natura adeo ingenio destitutos reliquit, ut ea etiam que facilia sunt vix capere possunt. Et horum duo genera michi esse videntur. Nam sunt quidam qui licet suam ebrietatem non ignorent, eo tamen quo valent conamine ad scientiam anhelant. Et indefinenter studio insistentes, quid minus habent effectum operis, obtinere merentur affectu voluntatis. Est alij quoniam summa se comprehendere nequaquam posse sentiant, minima etiam negligunt, et quasi in suo corpore securi quiescentes, eo amplius in maximis lumen veritatis perdunt, quo minima que intelligere possunt, discere fugiunt. Unde psalmista. Noluerunt inquit intelligere ut bene agerent, loqui eis aliud est nescire, atque aliud nolle scire. Nescire siquidem infirmitatis est. Scientiam vero detestari, prave voluntatis. Est aliud genus hominum quos ad modum natura ingenio ditavit, et facilem ad veritatem veniendi aditum prestat. Quibus et si par sit valitudo ingenij non eadem tamen omnibus virtus aut voluntas est per exercitia et doctrinam naturalem sensum excolendi. Nam sunt plerique qui negotijs huius seculi et curis supra quas necesse sit impliciti, aut vicij et voluptatibus corporis dedita terra obruantur. Et ex ea nec fructum sapientie, nec usuram boni operis querunt, qui profecto valde detestabiles sunt. Rursus alij rei familiaris inopia et tenuis census discendi facultatem minuit. Quos tamen plane per hec excusari minime credimus, cum plerisque fame siti, et nuditate laborantes ad scientie fructum pertingere videamus. Et

tamen aliud est, cum non possit, aut verius dicam facile possit, non discere, atque aliud posse et nolle scire. Sicut enim gloriosius est cum nulle suppetant facultates, sola virtute sapientiam apprehendere. Sic profecto turpius est vigere ingenio, divitijs affluere, et torpere ocio. Precipue res sunt quibus quisque ad scientiam instruitur, scilicet lectio et meditatio. Et quibus lectio prior in doctrina obtinet locum. Et de hac tractat liber iste, dando precepta legendi. Tria autem sunt precepta lectio magis necessaria. Primum ut sciat quis quid legere debeat. Secundum quo ordine legere debeat et quid prius, et quid postea. Tertium quomodo legere debeat. De his per singula agitur in libro. Instruit autem tam secularium quam divinarum scripturarum lectorem. Unde et in duas partes dividitur, quarum utraque tres habet distinctiones. In prima parte docet lectorem arcium. In secunda docet divinum lectorem. Docet autem hoc modo, ostendendo. Primum quid legendum sit. Deinde quo ordine et quomodo legendum sit. Ut autem scire possit, quid legendum, aut quid precipue legendum sit. In prima parte primum enumerat origines omnium arcium. Deinde partem earum, vel quomodo unaqueque contineat aliam vel contineatur ab alia. Secans philosophiam a summo usque ad ultima membra. Deinde enumerat autores arcium. Et postea ostendit que ex his artibus precipue legendae sint. Deinde etiam quo ordine et quomodo legendae sint aperit. Postremo legentibus vite sue disciplinas prescribit, et sic finitur prior pars. In secunda parte determinat que scripture divine appellandae sint. Deinde numerum et ordinem divinarum librorum. Et autores eorum et interpretationes nominum ostendit. Postea agit de quibusdam proprietatibus sacre scripture que magis sunt necessarie. Deinde docet qualiter legere debeat divinam scripturam, qui in ea correctionem suorum morum et formam vivendi querit. Ad ultimum docet illum qui pro amore scientie eam legit. Et sic secunda pars sine capite.

Incipit liber primus hugonis feliciter

Omnium ex
petendorum prima est sapi-
entia. In qua perfecti boni
forma consistit. Sapiencia
illuminat hominem. ut seipsum agnoscat.
qui ceteris similis fuit. cum se per ceterum fa-
ctum non intellexit. Immortalis quippe
per animus sapientia illustratus respicit
principium suum. et quoniam sit indecorum agno-
scit. ut extra se quiddam querat. cui quod
ipse est. satis esse poterit. Scriptum legi-
tur inter pede appollinis thotirelicon. id
est agnosce teipsum. Quia nimirum homo
si non originis sue immemor esset omne
quod mutabilitati obnoxium est. quasi
nichil agnosceret. Probata aput philo-
sophos sententia animam ex cunctis natu-
re partibus asserit esse compactam. et thi-
meus platonis ex diuidua et indiuidua
mixtaque substantia. Itemque eadem et di-
uicisa et ex utraque comixta natura. que uni-
uersitas designatur endelchina forma.
Ista namque et incicia et que incicia con-
secantur capit. quia et inuisibiles per intel-
ligentiam rerum causas comprehendit. et vi-
sibiles actualium formas per sensuum pas-
siones colligit. Secta in orbem geminos
motus glomerat. quia siue per sensus ad
sensibilia exeat. siue per intelligentiam ad
inuisibilia ascendat. ad seipsum rerum se-
militudines trahens regirat. Et hoc est
quod eadem mens. que uniuersorum capax
est ex omni substantia atque natura quo
similitudinis representat figuram coap-
tatur. Pitagoricum dogma erat similia
similibus comprehendendi. ut scilicet anima
rationalis nisi ex omnibus constaret si-
ue composita foret nullatenus omnia repre-

hendere posset. Secundum quod dicit qui-
dam terram terreno compendimur et ter-
ra flammis. humor est liquido. nostro spi-
rabile flatu. Nec tamen existimare de-
bemus viros in omni rerum natura pi-
tissimos de simplici natura hic sensisse.
quod vlla se paruum quantitate distende-
ret. Sed ut apercius mirabilem eius de-
monstrarem potentiam. dicebant ex om-
nibus naturis constare. non secundum compo-
sitionem. sed secundum compositionis rationem.
Neque enim harum rerum similitudo ali-
unde aut extrinsecus anime aduenire
credenda est. Sed ipsa potius eam ex se
et in se natua quadam potentia et propria
virtute capit. Nam sicut varro in pery-
phision dicit. Nam omnis varietas ex-
trinsecus rebus accidit. ut quidquid va-
riatur. Necessesse sit aut amittere aliquid
quod habuit. aut aliquid aliud et diuer-
sum extrinsecus quod non habuit assu-
mere. Videmus cum paries extrinse-
cus adueniente forma ymaginis cuiusli-
bet similitudinem accipit. Cum vero im-
pressio metallo figuram imprimit. ipsam
quidem non extrinsecus. Sed propria
virtute et naturali abilitate. aliud iam re-
presentare incipit. Sic nimirum mens
rerum omnium similitudine insignita om-
nia esse dicitur. Atque ex omnibus com-
positionem suscipere non integraliter. sed
virtualiter atque potentialiter continere.
Et hec illa est nature nostre dignitas
quam omnes eque naturaliter habent.
sed non omnes eque nouerunt. Animum
enim corporeis passionibus consopit.
et per sensibiles formas extra semetipsum
abductus. oblitus est et quid fuerit. Quod
nil aliud se fuisse meminit. nil propter quod
videtur esse credit. Reparatur autem
per doctrinam ut nostram agnoscamus
naturam. et ut discamus extra non que-
rere. quod in nobis possumus inuenire.
Summum igitur in vita solamen est stu-
dium sapientie. quod qui inuenit felix est
et qui possidet beatus.

1. 1.

Quod studiū sa- pientie philoso- phia sit

Primo om-
nium pitagoras studiū
sapientie philosophiā
nominavit. Maluitq;
philosophus dici. Nam antea sophi-
id est sapientes dicebant. Pulcre qui-
dem inquisitores veritatis non sapien-
tes sed amatores sapientie vocat. quia
nimirum a deo later omne verum vt ei
amore quantumlibet mens ardeat. qua-
tumlibet mēs inquisitoris assurgat. Dif-
ficile tamen ipsam vt est veritatem com-
prehendere queat. Philosophiam autē
earum rerum que vere essent. suis in-
mutabilem substantiam sortirent. q̄ di-
sciplinam esse constituit. Est autem phi-
losophia amor et studiū et amicitia quo-
dammodo sapientie. Sapientie vero
non huius que in ferramentis quibusdā.
Et in aliqua fabrilī scientia noticiāq;
satur. Sed illius sapientie. que nullius
indigens. Diuax mens et sola rerū pri-
mea ratio est. Est hic amor sapientie in-
telligentis animi. ab illa pura sapientia
illuminatio. atq; quo dammodo ad se-
ipsam retractō atq; aduocatio vt videt
sapientie studiū diuinitatis et pure mē-
tis illius amicitia. Nec igitur sapiētia
cuncto animarum generi meritis sue di-
gnitatis imponit. et ad proprie nature
vim puritatemq; reducit. Hinc nascit
speculātōnum et cogitātōnum veritas. et
sancta puraq; actiuū castimonia. Quo-
modo vero humanis animis hoc excel-
lentissimum bonam philosophie cōpa-
tum est vt vie filo quodam pcedat ora-
tio ab ipis efficientijs anime ordiendū
est.

De triplici aīe vi et solum hoīez ratione peditū

Nota infra scri- pta de potentijs anime

Triplex esse
omnino anime vis in vegetā-
dis corporibus deprehendit.
Quarum vna quidem vitā soli corpo-
ri subministrat. vt nascendo crescat. alē-
do subsistat. Alia vero sentiēdi iudiciū
prebet. Tercia in mentis ratōe subnixā
est. Harum autem prime officium est.
vt creandis nutriendis et alendisq; corpo-
ribus preesto sit. Nullum vero prestat
ratōnis sensus et iudiciū. Nec autem
est herbarum atq; arborum. et quidquid
terre radicibus affixum tenetur. Secun-
da vero composita atq; cōiuncta est. ac
primam sibi sumens et in partem consti-
tuens viriū de quibus potest capere ac
multiforme iudiciū capit. Omne enī
animal quod sensu viget idem et nascit.
et nutritur et alitur. Sensus vero diuisi
sunt. et vsq; ad quinarum numerum cre-
scunt. Itaq; quidquid alitur tātum. nō
etiam sentit. Quicquid vero potest sen-
tire. etiam alitur. Et quoq; prima vis na-
scendi anime atq; nutriendi probat esse
substantia. Quibus vero sensus adest
non tantum eas rerū formas capiūt qui-
bus sensibili corpore presente feruntur.
sed abcedente quoq; sensu. sensibilibus
se positīs cognitarum sensum formarum
et ymagines tenet. memoriāq; p̄ficiunt
b 2

7 prout quodq; animal valēt. longius breuiusq; custo dit. Sed eas ymagines confusas atq; inuidentes summunt. vt nichil earum coniunctōne ac compositiōne efficere possint. Itaq; idcirco meminisse quidem. nec eque omnia. amissam vero obliuionem recolligere ac reuocare non possunt. Futuro vero hīs nlla cogitatio est. Sed vis anime tercia que se cum priores scilicet alendi 7 sentiēdi trahit. Hīs velut famulis ac obedientib; vtitur. eadem tota est in ratōne constituta. eaq; vel in rerum presentiu; firmisima conclusione. vel in absentiu; intelligentia. vel ignotarum inquisitiōne versatur. Nec tamen humano generi p̄sto est. que non solum sensus ymaginatōes q; perfectas. 7 non increditas capit. sed etiam pleno actu intelligentie qd̄ ymaginatio suggestit. explicat atq; confirmat. Itaq; vt dictum est. Hūc diuine nature non ea tantum in cognitiōne sufficiunt que subiecta sensibus comprehendit. verum etiam sensibus ymaginatōe concepta et absentibus rebus nomina videre potest. Et quod intelligenti ratōne comprehendit. vocabulorum quoq; positōnibus aperit. Illud quoq; ei nature p̄prium est. vt p̄ ea que sibi nota sunt. ignota inuestiget. Et non solum vnum quodq; an sit. sed quid sit etiam 7 quale sit. nec non. cur sit oportet agnoscere. Quaz triplicem anime vim. sola (vt dictum est) hominum natura sortita est. cuius anime vis. intelligentie motibus non caret. Aut enim an quid sit inquirat. aut si esse constiterit. quid sit adiudicat. quod si etiam vtriusq; scientiam ratōne possidet. quale sit vnumquodq; inuestigat. Cum igitur hic sit actus humani animi. vt semper in presentiu; cōprehensione aut in absentiu; intelligentia. aut ignotarum inquisitiōne verset. Duo sunt in quibus omnem operam vis animi meratōcinantis inpendit. vnum quide; vt rerum naturas inquisitiōnis ratione cognoscat. Alterum vero vt ad scientiā prius veniat quod post mortalis grauitas exerceat.

Que res ad philosophiam pertineat.

Sed vt video iextricabile. In ipso loquendi ordine laborum incidimus. vt nobis non perplexus s̄mo. s; res obscuritatem pariat. Quia enim de studio sapientie loqui suscepimus. Idq; solis hominibus quodam nature p̄uilegio competere. attestati sumus. Consequenter nec omnium humanorū actiuū moderatricem quondam. sapientiā p̄fuisse videmus. Si enim brutorum animalium natura. que nullo regitōis iudicio motus suos. sed s̄m solas sensiu; passiones diffundit. Et in appetēdo seu fugiendo aliquid. non intelligentie vtitur discretōne. Sed ceco quodam carnis affectu impellitur. Restat vt ratiōnalis anime actum ceca cupiditas non rapiat. sed moderatrix semper sapientiā p̄cedat. Quod si verum esse constiterit. Jam non solum ea studia in quibus vel de rerum natura vel disciplina agitur morum. verum etiam omnium humanorum actuum seu studiorum ratōes non incongrue ad philosophiam pertinere dicemus. Et s̄m hoc philosophiam vifinire possumus. Philosophia est disciplina omnium rerum humanarum atq; diuinarum. ratōnes plene inuestigans. Nec mouere debet quod supra dixim⁹ philosophiam esse amorem 7 studiū sapientie. non huius que instrumentis explicatur. vt est architectura. agricultura 7 huiusmodi. Sed eius sapientie. que

sola rerum primeua ratio est. Potest na
qz idem actus 7 ad philosophiam perti
nere fm rationem suam 7 ab ea excludi.
fm amministrazione. Verbi gratia. vt de
psenti loquamur. agriculture ratio phi
losophia est. amministrazione ad rustici per
tinet. Preterea opera artificum. 7 si natu
ra non sint. imitantur tamen 7 expmunt
naturam ratione. Vides iam qua ratio e
cogimur philosophiam in omnes act⁹
hominum diffundere. vt iam necesse sit
tot esse philosophie partes. quot sunt
rerum diuersitates ad quas ipam perti
nere constiterit

De ortu theori ce practice 7 me chanice

Omnium
autem humanarum
actonum seu studio
rum q sapientia mo
derantur. finis 7 inte

tio ad hoc spectare debet. vt vel nature
nostre reparetur integritas vel defectum
quibus presens subiacet vita. tempere
tur necessitas. Dicam apertius qd dixi.
Duo sunt in homine bonum 7 maluz. na
tura 7 vicium. Bonum quia natura est.
quia incorruptum est. quia 7 minus est
In exercitacione reparandum est. Ma
lum quia vicium est. quia corruptio est
quia natura non est. excludendum est.
Quod si funditus exterminari non po
test. saltem adhibito remedio temperan
dum est. Hoc est omnino quod agendum
est. vt natura reparetur 7 excludatur vi
cium. Integritas vero humane nature
duobus modis perficitur. scientia scilicet
7 virtute. Que nobis cum supernis 7 di
uinis substantijs similitudo sola est. Na

homo cum simplex natura non sit. sz ge
mina compactus substantia. fm vniam
sui partem que potior est. et vt apercius
id quod oportet dicam. quod ipse est im
mortalis est. Scdm alteram vero par
tem que caduca est. que sola hijs. que na
sibus fidem prestare nesciunt. co
gnita est. mortalitati 7 mutabilitati ob
noxius est. vbi tocens moui necesse est.
quotiens amittere id quod est. Et hec
ultima pars est rerum que principium
7 finem habent.

De tribus re rum materijs.

Sunt na:

qz in rebus alia que nec
principium habent nec
finem. 7 hec eterna nomi
nantur. Alia que princi
pium habent sed nullo fine clauduntur.
7 dicuntur perpetua. Alia que inciu ha
bent 7 finem. 7 hec sunt temporalia. In p
mo ordine id constituimus cuius no est
aliud esse 7 id quod est. sed idem. cuius
causa 7 effectus diuersa non sunt. quod
non aliunde sed a semetipso subsistere ha
bet. nec est solus nature genitor 7 artifex
Illud vero cui aliud est esse. 7 illud quod
est id est quod aliunde ad esse venit. et
ex causa precedenti in actum profuxit.
vt esse inciperet. natura est. que mundum
continet omnem. idqz in gemina secat.
Est quoddam qd a causis suis primor
dialibus. vt esse incipiat nullo monete
ad actum producit. solo diuine volun
tatis arbitrio. ibiqz immutabile omnis
finis atqz vicissitudinis expertus consistit
Eiusdem sunt reru substantie. quas gre
ci vsias dicunt. 7 cuncta sup lunaris mu
di corpora. que etiam ideo q non mutent
diuina appellata sunt. Tercia ps rerum
b 3

De rebus ad totum

est que principium 7 finem habent. et p se ad esse non veniant. sed sunt per opera nature que oriuntur super terram sibi lunari globo. monente igne artifice. qui vi quadam diuidit in res sensibiles precreadas. de illis igitur dictum est. nichil in mundo moritur. eo q nulla essentia percat. Non enim essentie rerum transcunt sed forme. Cum vero forma transire dicitur. nō sic intelligendum est. vt aliqua res existens p̄ire omnino 7 esse suū amittere credatur. sed variari potius. vel sic fortassis. vt que iuncta fuerant ab inuicem seperentur. vel que sepata erant coniungantur. vel que hic erant. illuc transeant. vel que nunc erant tunc subsistant in quibus omnibus esse rerum nihil de trimenti patitur. De hijs dictum ē. omnia orta occidunt. et aucta senescunt. eo q cuncta nature opera. sicut principuz habent ita etiam fines habitura sunt. de illis dictum est. de nichilo nichil. in nichilum nil posse reuerti. eo q omnis natura. et primordialē habet causam et subsistentiam perpetuam. De hijs dictū est. Et redit ad nichilum quod ante fuit nichil. eo q omne opus nature. sic temporaliter ex occulta causa in actum profluit. Ita eodem actu temporaliter de structio. eo vnde venerat reuersurus sit.

De mundo super lunari et sublunari

Hinc est quod mathematici mundi partes diuiserunt in eam videlicet partem. que est a circulo scilicet lune sursum. Et in eam que deorsum est. Et sublunarem mundum. eo quod omnia ibi

primordiali lege consistat. naturam appellabant. Sublunare opus nature. id est superioris. quia omnia genera animantium. que in eo spiritus vitalis infusione vegetant. a superioribus per inuisibiles meatus. infusum nutrimentum accipiunt. non solum vt nascendo crescant. sed etiam vt alendo subsistant. Eundem etiam superiorē mundum tempus vocabant. propter cursum siderum que in eo sunt. inferiorē. temporalem. quia sicut motus superiores agitur. Item sublunarem propter perpetuam lucis et quietis tranquillitatem eliseum. Hunc autem propter inconstantiam et confusionem rerum fluctuantium infernum nuncupabant. Hec paulo satius profecti sumus. vt ostendamus hominem que in parte mutabilitatis particeps est. in ea quoque necessitati esse obnoxium. In ea vero qua immortalis est diuinitati esse cognatum. Ex quo colligi potest id quod supra dictum est. Quod valde omnium humanarum actionum ad hunc finem committitur intentum vt vel diuine ymaginis similitudo in nobis restauret. vel huius vite necessitudini solat. que quo facilius ledi potest aduersis. eo magis foueri. et conseruari indiget.

In quo homo similis sit deo.

Homo vero sunt que diuina in homine similitudinem repant id est speculatio veritatis. et virtutis exercitium. quia in hoc homo deo similis est. quod sapiens et iustus est. sed iste mutabiliter. ille immutabiliter et sapiens et iustus est. Istius vero actionum que huius vite necessitati deseruiunt multum genus est. Primum quod naturali necessitati nutrimentum ministrat. Secundum

qđ ptra molesta q̄ extrinsec⁹ accidē pos
sunt munit. Terciu q̄ ptra iam illata p̄
stat mediū. Cū igit̄ ad reparandā n̄ tu
ram nostraz intendim⁹, diuine actio est
Cū vero illi quod infirmū in nob̄ est ne
cessaria puidemus. humana est. Omis
igitur actio vel diuina est vel humana.
Possim⁹ aut̄ nō incongrue illam eo q̄
re superioribz habeatur intelligentiam
appellare. Hanc vero q̄ re inferioribus
habet̄ 7 quasi quodam consilio indiget
scienciaz vocare. Si igitur sapientia vt
supra dictū est. cunctas que ratōe fiunt
moderatur actōes. psequens est iam vt
sapientiā has duas partes p̄tinere. id ē
intelligentiā 7 scientiā dicam⁹. Rursus
intelligentia (quoniā 7 in vestigatōe ve
ritatis 7 in motū p̄sideratōe lato: at) eā
in duas ptes diuidim⁹. In theoricā id ē
speculatiuā 7 practicā. i. actiua que etiaz
ethica. i. moralis appellat̄. Scientia ve
ro (q̄ humana psequit̄ opera) congrue
mechanica id est adu:terina vocatur

De tribus operi bus

Sunt eteniz
tria opa. i. opus dei. opus
nature. op⁹ artificis imitat̄
naturā. Opus dei est. quod nō erat crea
re. Dñd̄ illud. In p̄ncipio creauit deus
celum 7 terrā. Opus nature quod latuit
ad actum pducere. Dñ̄ illud. Producat
terra herbā virentem zc. Op⁹ artificis est
disgregata p̄iungere vel p̄iuncta segre
gare. vnde illd̄. constituerunt sibi pisoma
ta. Neqz em̄ potuit vel terra celū creare
vel hō herbā pducere. qz nec palmyz ad
staturā suaz addere pōt. In hīs tribus
opibz continet̄ opus humanū. qđ natu
ra nō est. s; imitat̄ naturaz. mechanicū. i.

adulterinū nominat̄. qm̄ admodū 7 cla
uis sub introducta mechanica dicitur.
Qualit̄ aut̄ opus artificis imitet̄ natu
ram. longum 7 onerosum est. p̄seq̄ p̄ sin
gula. possumus tñ exempli cā in paucis
id demonstrare. qui statuat̄ iudic. ho
minem intuit⁹ est. Qui domū fecit. mon
tem respexit. Quia enim vt ait p̄pheta.
Qui emittis fontes in cōuallibus intra
medium montiū p̄transibūt aque. Emi
nentia montiū aquas nō retinet. ita do
mus in altum quodam acumine leuāda
fuit. vt irruentiū tempestatuz molestias
tute excipere posset. qui vsun vestimen
torum primus adinuenit. cōsiderauit qz
singula queqz nascentiū. p̄pria quedam
habeant munimenta. quibz naturā suaz
ab incomodis defendāt. Cortex ambit
arbozem. penna tegit volucrem. piscem
squama opit. lana ouem induit. pil⁹ iu
menta 7 feras vesit. concha testudinez
excipit. ebur elephantem. iacū nō time
re facit. nec tam sine causa factum est. qđ
cum singula animantiū. nature sue arma
secum nata habeant. Solus homo iner
mis nascitur 7 nudus. Oportuit enim vt
illis qui sibi puideri nesciunt natura cō
suleret. Dominū autem maior expiēdi
ocasio prestaretur. cum illa que cetera
naturaliter data sunt. p̄pria ratōne sibi
inueniret. Multo enim nunc magis cui
tet ratō hominis. Nec eadem inuenien
do quā habendo claruisset. nec sine cau
sa puerbium sonat. Quod ingeniosa fa
mes omnes excuderit artes. Hæc equi
dem ratōne. Illa que nunc excellentissi
ma in studijs hominum. vides. reperta
sunt. Hæc eadem pingendi. texēdi. scul
pendi. fundendi. infinita genera exorta
sunt. vt iam cum natura. ipm̄ mirem̄ ar
tificem.

Quid sit na tura

Quia iam

Quero totiens nomi-
nauimus naturam, li-
cet ut ait tulinus, Na-
turam diffinire diffi-
cile est, non tamen huius vocabuli signi-
ficatio omnino silencio pretereunda videtur.
Neque quod non omnia que volumus dice-
re possumus, id quod possumus tacere
debemus, plura veteres de natura dix-
isse inueniunt, sed nichil ita ut non ali-
quid restare videatur. Quantum tamen
ego ex eorum dictis conficere possum, tri-
bus maxime modis huius vocabuli sig-
nificationem vti solebant singulis sua dif-
finitionem assignando. Primo modo per
hoc iam significare voluerunt illud archi-
tipum exemplar omnium rerum quod in
mente diuina est, cuius ratione omnia for-
mata sunt. Et dicebant naturam esse vni-
cuiusque rei primordiale causam suam.
Et qua non solum esse, sed etiam tale esse
habeat. Huius significationi talis definitio
assignatur. Natura est que unicuique
rei suam tribuit. Secundo modo naturam
esse dicebant propriam esse unicuiusque
rei, cui significationi talis definitio assigna-
tur. Natura vnamquamque rem informans
propria differentia dicitur, secundum quas signi-
ficationem dicere solemus. Natura est
omnia pondera ad terram vergere, leuia
alta petere, ignem vrere, aquam hume-
ctare. Tercia definitio talis est. Natura
est ignis artifex, ex quadam vi procedens,
in res sensibiles, precreandas. Philosophi nam-
que dicunt, omnia ex calore et humore pre-
creari. Unde virgilius, Oceanum pa-
trem appellat et valerius Soranus in qua-
dam versu de ioue in significatione ignis
etherei dicit, Impingitur omnipotes re-
rum regumque repertor. Progenitor ge-
nitrix deum verus viuis et idem.

De ortu loice

Distquam
Pigitur theoretice et practice
et mechanice ortum demon-
strauimus super est, loice
que originem inuestigare,
quam idcirco vltimam annuero, quia
postremo inuenta est, cetera prius reper-
te fuerant, sed necesse fuit quoque loicam
prius inueniri. Quoniam nemo de re-
bus pruenienter differere potest, nisi pri-
us recte et veraciter loquendi rationem
nouerit. Nam sicut dicit boetius, Cum
primitus antiqui, circa naturas rerum
et morum qualitates inuestigandas ope-
ram impenderunt, necesse fuit sepe falli
eos, quia vocum et intellectuum discre-
tionem non habebant, ut in multis eue-
nit, leucippo et epicuro pariter que attho-
mis mundum consistere putat, et bone-
stum voluptatem mentitur, hoc autem
idcirco hinc atque alijs accidisse manife-
stum est, quonia per impericiam dispu-
tandi quidquid ratione comprehen-
derant, hec in res quoque ipsas eueni-
re arbitrantur. Hic vero magnus est er-
ror, neque enim sese res ut in numeris, ita
etiam in rationationibus habent. In nu-
meris enim quidquid in digitis recte
putantis eueniret, id sine dubio in res
quoque ipsas euenire necesse est, ut si ex cal-
culo, e. contigerit, c. tunc quoque res illi nu-
mero subiectas esse necesse est. Hoc ve-
ro non est, quod in disputatione seruat
neque enim quidquid sermonum decur-
sus inueniret, et id in natura fixum teneat.
Quare necesse est falli que abiecta scientia
disputandi de rerum natura perquire-
rent. Nisi enim prius ad scientiam vene-
rit, que rationationis veram teneat, semitam di-
spatandi que verissime vie agnouerit, que
fida, que possint esse suspecta. Rerum in-
corrupta veritas nisi ex rationatione in-
ueniri non potest. Cuius igitur veritas sepe multis
lapi erroribus flet sibi, quodam primum in dispu-
tatione colligerit, atque id fieri ipse videtur
ut de eadem re contraria conclusionem facta
est, vtraque essent vere que sibi dissentiens

ratio cinato concludisset. cui ne ratio cinato
 tōni credi oporteret esse ambiguum. Prius
 sum est prius disputatōnis ipsius verā
 atq; integram considerare naturā. quā
 cognita. tunc id quoq; per disputatōez
 inueniret comprehensum esse quod pos
 set intelligi. Sic igitur perfecta loice pi
 cia. discipline que disputandi modos.
 atq; ipsas ratio cinatōnes. internoscendi
 vias parat. vt que ratio cinatō. nūc qui
 dem vera. nunc autem falsa. quedam ve
 ro semper falsa. quedam nunq; falsa pos
 sit agnoscā. Hoc tempore quidem postre
 ma est. sed ordine prima. Hoc enim in
 chvantiū philosophia prima legen
 da est. ppter ea quod in ea docetur vocū
 7 intellectuum natura. sine quibus null
 philosophie tractatus ratio nabiliter ex
 pleri potest. Logica dicitur a greco logos
 quod nomen geminam habet interpre
 tatōnem. Dicitur logos sermo siue ratio
 Et inde loyca sermo cōnalis siue ratio na
 lis scientia dicitur potest. Loyca ratio nalis
 que discretiva dicitur continet dyaleticā
 7 rethoricā. Loyca sermo cōnalis ge
 nus est ad gramaticā. dyaleticā atq;
 rethoricā. 7 continet sub se discretivā.
 Et hec est loyca sermo cōnalis quā quar
 tam post theoreticā. practicā 7 mecha
 nicā annumeramus. Nec putandum
 est ideo loicā sermo cōnalis dicitur q; an
 eius inuentōnem nulli fuerunt smones
 7 quasi homines mutuas locutōes. pri
 non habuerunt. Erant prius 7 sermōes
 cōmunes 7 littere. Sed nondum ratio
 sermonū 7 litterarum in artem redacta
 fuerat. nulla aduc recta loquendi vl' dis
 putandi precepta erant. Omnes enim
 scientie prius erant in vsu q; in arte. sed
 considerantes deinde homines vsū in
 artem posse conuerti. 7 quod vagū fue
 rat 7 licencōsum prius certis litteris re
 gulis 7 preceptis posse constringi. cepe
 runt vt dictum est consuetudinē que
 partim casu. partim natura. exorta fue
 rat. ad artem reducere. Id quod p̄mum
 vsus habebat. emendantes. quod min
 habebat. sup̄plentes. quod sup̄fluum ha
 bebāt. resecantes. 7 de cetero singul. cer

tas regulas 7 precepta prescribentes.
 P̄mummodi fuit origo omnū artium.
 Nec per singula currentes verum inue
 nimus. prius q; esset gramatica et scribe
 bant loquebatur homines. Priusq; ef
 set dyaletica. ratio cinando verum a fal
 so discernabant. priusq; esset rethorica.
 iura ciuilia tractabant. Priusq; esset arif
 metrica sciētiam numerandi habebant.
 Priusq; esset musica canebant. Priusq;
 esset geometria. agros mensurabant.
 Priusq; esset astronomia. per cursus stel
 larum discretōnes temporum capiebāt
 Sed venerunt artes. q; licet ab vsu p̄i
 cipium sumpserunt. vsu tamen meliores
 sunt. hic locus esset exponere que fuerūt
 singularum artium inuentores. quando
 extiterunt. aut vbi. aut quomō per eos
 disciplinē exordium sumpserunt. Sed
 volo prius philosophie quadam diui
 sione singulas a se inuicem discernere.

Epilogus
 p̄scripto
 rum

Oportz igitur
 tur breuiter recapitula
 re que supradicta sunt.
 vt facilio: fiat transitus
 ad sequentia. Quatu
 or: tantum diximus esse scientias. que re
 liquas omnes continent id est theoreticā
 que in speculatione laborat. Practicā
 que morum disciplinam considerat. Et
 mechanicā que huius vite actōes dis
 pensat. Loicā q; que recte loquēdi 7 acu
 te disputandi scientiā prestat. Dic ita
 q; non absurde ille quaternarius aīme
 intelligi potest. quam ob reuerētiam sui
 antiqui insurandam asstrunt. Vnde

z illud dictum est p q nostre anime nu-
merum dedit ille quaternum. Nec qua-
drupliciter sub philosophia continean-
tur. Et rursus quas sub se contineat re-
petita breuiter diuisione pbie ostendem?

Et sic finitur primus liber dydascolico
bugonia de sancto victore.

Incipit liber se- cundus dydasco- licon de discretio- ne artium

Philoso-
phia est amor Sa-
pientie, que nulli in-
digens, vnaq mens z
sola rerum primeua ra-
tio est. Nec definitio
magis ad etimologiam nominis spe-
ctat. Philos enim grece amor latine vi-
citur. Sopia sapientia. z inde philoso-
phia tractum est id est amor sapientie.
Quod autem additur, que nullius indi-
gens, vnaq mens, z sola rerum primeua
ratio est, diuina sapientia signatur. Que
propterea nulli indigere dicitur, quia ni-
chil minus continet, sed semel z sum om-
nia intuetur, pterita presentia z futura.
Vnaq mens idcirco appellatur, qa qd
semel fuerit in diuina ratione, nulla vn-
q obliuione atoletur. Primeua rerum
ratio est. Quia ad eius similitudinez cu-
cta creata sunt. Dicunt quidam q illud,

Unde agunt artes semper maneat, hoc
ergo omnes artes agunt hoc intendunt,
vt diuina in nobis similitudo reparetur,
que nobis forma est deo natura. Cui qn
tomagis conformamur, tanto magis sa-
pimus. Tunc enim in nobis incipit re-
lucere, quod in eius ratione semper fuit.
Quod quia in nobis transit, apud illuz
incomutabile consistit. Aliter philoso-
phia est ars artium, z disciplina disci-
plinarum, id est ad quam omnes artes
z discipline spectant. Ars dici potest sci-
entia, que artis preceptis regulisq con-
sistit, vt est scriptura disciplina que vi-
citur plena, vt est in doctrina. Ars dici
potest, quando aliquod visibile atqz
opinabile tractatur. Disciplina quado
de his que aliter se habere non possunt
veris disputacionibus aliquid differit.
Quam differentiam plato z aristotele,
esse voluerunt inter artem z disciplinaz.
Vel ars dici potest quod fit in subiecta
materia z explicatur per operacionem et
architecturam. Disciplina vero q in spe-
culacione consistit, z per solam explicatur
rationationem, vt logica. Aliter philo-
sophia est meditacio mortis, que magis
conuenit cristianis, qui seculi ambitione
calcata, conuersacione disciplinali, simi-
litudine future patrie viuunt. Aliter phi-
losophia est disciplina omnium rerum
diuinarum atqz humanarum rationes
probabiliter inuestigans. Sic omnium
studiorum ratio ad philosophiam spe-
ctat. Administratio non omnis philoso-
phia. Et ideo philosophia aliquo mo-
do ad omnes res pertingere dicitur.

Diuisiophi- losophie

Philoso :

Philosophia dividitur in theoricam, practicam, mechanicam et loicam, hec quatuor omnem continent scientiam. Theorica interpretatur speculativa. Practica activa, quam alio nomine ethicam id est moralem dicunt. Et quod mores in bona actione consistant. Mechanica adulterina, quia circa humana opera versatur. Loica sermocinosa quia de vocibus tractat. Theorica dividitur in theologia, mathematicam, et physicam. Hanc distinctionem loetius facit alij verbis. Theoricam secans in intelligibile, intelligibile et naturale. Per intelligibile signans theologia, per intelligibile mathematicam. Per naturale physicam. Denique intellectibile diffinitur ita.

De theologia

Intellecti

Intellectibile est, quod vni atque idem se in propria semper divinitate consistens, nulli vni sensibus sed sola tantum mente intellectuque capitur que nos ad speculationem dei atque ad animi incorruptibilitatem considerationem vere philosophie investigationem componit, quam inquit greci theologia nominant. Dicta autem theologia quasi sermo habitus de divinis, theos enim deus, logos sermo vel ratio interpretatur. Theologia igitur est quando aut ineffabilem naturam dei, aut spirituales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate differimus.

De mathematica

Mathematica

Mathematica autem doctrinalis scientia dicitur. Mathesis enim quando t. habet lineam aspirationem interpretatur vanitas, et signat superstitionem illorum qui fata hominum in constellationibus pronuntiant. Unde et huiusmodi mathematici appellati sunt. Quando autem t. habet aspiratum doctrinam sonat. Hec autem est que abstractam considerat quantitates. Abstracta enim quantitas dicitur quem intellectus a materia separat, vel ab alijs accidentibus, ut est par et impar. Et hoc modo di in sola rationatione tractamus quod doctrina facit non natura. Hanc loetius intelligibilem appellat, que primam intelligibilem cogitationem atque intelligentiam comprehendit, que sunt omnium celestium operum superne divinitatis, et quidquid sub lunari globo beatorum animo atque puro ore subsistere valet, et postremo humanarum animarum que omnia, cum prioris illius intellectibilis substantie fuissent, corporum tactu ab intellectibus ad intelligibilia degeneraverunt, et ut non magis ipsa intelligantur quam intelligant, et intelligentie puritate tunc beatorum sunt quotiens sese in intellectibus applicaverint. Spirituum namque et animarum natura. Quia incorporea et simplex est, intellectibilis substantie particeps est. Sed quia per instrumenta sensuum non uniformiter ad sensibilia comprehenduntur dividit, eorumque similitudinem per ymaginationem ad se trahit in eo quodammodo suam simplicitatem deserit, quo compositionis rationem admittit. Neque enim omnimodo simplex dici potest quod composito simile est. Eadem igitur res diversis respectibus intellectibilis simul et intelligibilis est. Intellectibilis eo quod incorporea sit natura, et nullo sensu comprehendere possit. Intelligibilis non ideo quod similitudo quedam est sensibilibus, nec tamen sensibilis. Intellectibile est enim quod nec sensibile est, nec similitudo sensibilibus.

Intelligibile autem quod ipm quidez
solo percipitur intellectu. sed non solo in-
tellectu percipit. Quia ymaginatōez vlt
sensum habet. quo ea que sensibus sub-
iacent comprehendit. Tangendo antez
corpora degenerat. quia dum inuisibiles
corporū formas p sensuum passiōes per-
currit. easqz vt tractas p ymaginatōem
in se trahit. tociens a sua simplicitate scī
ditur quibus aliquibus cōtrarte passio-
nis qualitātibus informatur. Cum vero
ab hac distinctōne ad puram intelligē-
tiam conscēdens in vnum se colligit fit
beatior intellectibilis substantie parti-
cipatōne.

De quaterna- rio anime.

Huius quo

qz pgressiōis regressi-
oniqz ratōem. ipse etiaz
numerus docet. Dic ter
vnum fiant tria. dic ter tria fiunt nouem.
dic ter nouem. fiunt viginti septez. Dic
ter vigintiseptez. fiunt octuaginta vni.
Ecce tibi in quarto gradu vnitas pria
occurrit. idemqz euenire videbis. si vsqz
ad infinitum dixeris multiplicatōnem
vt semper in quarto gradu vnitas emi-
neat. Rectissime autem simplex anime es-
sentia vnitas exprimitur qz ipsa quoqz i
corporea est. Ternarius quoqz ppter in-
dissolubile vnitatis medie vinculū cō-
grue ad animaz referē sicut quaternari^o
qz duo media habet. ideoqz dissolubil^{is}
est. proprie ad corpus pertinet. Prima
igitur progressio anime est. quia de sim-
plici essentia sua. que monade figurat.
in virtuales ternarium se extendit. vbi
iam p concupiscentiaz aliud appetat. ali-
ud per iram contemnat. p ratōnem inter
vniqz discernat. 7 recte a monade iatri

cidē profluere dicitur. Quia omnis es-
sentia naturaliter prior est potentia sua
Rursus qz eadez vnitas in ternario ml-
tiplicato ter inuenitur. hoc signat qniaz
anima per tres. sed tota in singulis suis
potentijs consistat. Neqz enim nec ratō-
nem vel iram solam vel concupiscentiā
solam terciā partem anime dicere possu-
mus. cum nec aliud nec minus sit in sub-
stantia. ratō quā anima. nec aliud nec mi-
nus ira quā anima. nec aliud nec minus
concupiscentia qz anima. sed vna eadē
qz substantia fm diuersas potentias su-
as diuersa sortitur vocabula. Deinde a
virtuali ternario scōa progressiōne ad
regendam humani corporis musicā di-
uidit. que nouenario componit. Quia
nouem sunt foramina in humano corpo-
re. quibus fm naturalem temperanciam
influit 7 effluit omne quo idem corpus
vegetatur 7 regitur. Sic quoqz ordo ē.
quia prius naturaliter anima potētias
suas habet qz corpori cōmiscet. Po-
stea autem in terciā progressiōne per se-
sus iam extra se profusa. ad visibilia h.
que per. xxvij. qui solidus numerus est.
7 ternā dimensionē ad similitudinē cor-
poris extenditur figuratur dispensanda
p infinitas actōnes dissipantur. In q̄r-
ta autem progressiōne soluta a corpore
ad puritatem simplicitatis sue reuertit.
Ideoqz in quarta multiplicatōne vbi
ter. xxvij. 7 in. lxxxi. excreuit monas in
summo apperet. vt euidenter clareat. qz
anima post huiusmodi vite terminuz qz
lxxx. designat ad vnitatem sue simplici-
tatis redeat a qua prius discesserat. cuius
ad humanum corpus regendum descē-
debat. Et autem in. lxxx. meta humane
vite naturaliter consistat p̄beta deca-
rat. Sit inquit in valitudine. lxxx. anni
7 amplius eorum dolor 7 labor. Hanc qz
druplam progressiōnem illum quater-
nariuz anime. de quo supra locuti sum^o.
quidam intelligendū putant eumqz ad
differentiam quaternarij corporis q̄ter-
narium anime appellatur.

De quaternario corporis

Nam cor-
pori quoque suum as-
signant quaternari-
um. Sicut monas
anime. ita dyas con-
gruit corpori. Dic-
bis duo fiunt quatuor. vic bis quatuor
fiunt octo. vic bis octo fiunt sedeci. vic
bis sedeci. fiunt triginta duo. Vic in
quarto loco similiter idem numerus id
est binarius. a quo multiplicatio inicitur
sumpsit tibi occurrit. idemque si in infinitum
processeris indubitanter contingeret.
vt quarto semper gradu binarius emi-
neat. Et hic quaternarius corporis in quo
intelligi datur esse quod a solubilibus
compositioem accipit. sic quoque ipsum
esse dissolubile. Vides nunc satis a par-
te vtputo quomodo anime de intellectu
bus ad intelligibilia degenerant. quan-
do a puritate simplicis intelligentie. que
nulla corporum suscatat ymagine. ad vi-
sibilem ymaginatioem diuidit. Rur-
sumque beatiores fiunt. quando se ab hac
distractione ad simplicem nature sue for-
tem colligentes. quasi quodam optimo
figure signo impresso componunt. Est
igitur vt apertius dicam intellectibile in
nobis id quod est intelligentia. Intelli-
gibile vero id quod est ymaginatio. Intelli-
gentia vero est de solis rerum principiis
id est est de deo. ideis et yle. et incorpore-
is substantiis. pura certa que cognitio. Yma-
ginatio est memoria sensuum ex corporum
reliquiis inherentibus animo. principiis
cognitionis per se nichil certum habens.
Sensus est passio anime in corpore. ex
qualitatibus et extra accidentibus.

De quadratio.

Quam igitur

vt supra dictum est ad
mathematicam proprie p-
tinet. abstractam at-
tendere quantitatem. in
partibus quantitatis species eius que-
rere oportet. Quantitas abstracta nihil
aliud est nisi forma visibilis sine liniamen-
tarem dimensionem animo impressa. que
in ymaginatioem consistit. cuius gemine
sunt partes. vna continua vt arbor. lapis
que magnitudo dicitur. alia discreta vt
grex. populus. que multitudo appellat.
Rursus multitudinis alia sunt per se. vt
tres quatuor vel quilibet alter numerus
Alia ad aliquid. vt duplum dimidium.
sesquialterus. sesquitercius vel quodlibet
tale. Magnitudinis alia sunt mobilia.
vt sphaera mundi. Alia imobilia vt terra.
Multitudines ergo que per se est archi-
metrica speculat. Illarum autem que ad
aliquid est musica. Imobilis magni-
tudinis geometria pollicetur noticiam.
Mobilis vero scientiarum. astronomice di-
scipline pica vendicat. Mathematica
igitur diuidit in arithmetica musica
geometria astronomiam.

De arithmetica

Arithmetica grece virtus interpretatur latine
richmus numerus. Inde arithmetica. virtus
numeri dicitur. Virtus autem nume-
ri est que ad eius similitudinem cuncta for-
mata sunt.

De musica

Musica ab aqua vocabulum sumpsit.
eo que nulla euphonia id est bona sonori-
tas sine humore fieri potest.

De geometria

Geometria mensura terre interpretat̃.
eo q̃ hec disciplina primum ab egipcijs
reperta sit. quoru terminos Nilus i vn-
datōne sua. limo obduceret̃ p̃funderet
limitibus partitis 7 simbus terram mē-
surare ceperūt. Deinde a sapientibz etiā
ad spacia maris celi 7 aeris et quoru li-
bet corporum mensuranda deducta est 7
extensa.

De astronomia:

Astronomia

7 astrologia in hoc differre vi-
dentur. Astronomia de lege
astrorum nomen sumpsit.
Astrologia autem dicta est quasi s̃mo
de astris differens. Nomina enim lex. et
logus sermo interpretatur. Ita astrono-
mia videtur esse que de lege astrorum 7
conuersione celi differit. regiones circū-
los. cursus. ortus 7 occasus siderū et cur-
vnumquodqz ita vocetur inuestigans.
Astrologia autem que astra considerat
s̃m natiuitatis 7 mortis. 7 quoru libz ali-
orum euentuum obseruantiam. que par-
tim naturalis est. 7 partim superstitiosa.
Naturalis in complexionibus corporū
que s̃m superiorum contemperantia va-
riantur. vt sanitas. egritudo. tempestas
serenitas. fertilitas 7 sterilitas. supersti-
cōsa in contingentibus. 7 hijs qui libe-
ro arbitrio subiacent. quam partem ma-
thematici tractant.

Arithmetica

Arithmetica

ca materiam habet parē et
imparē numerum. par nu-
meras. alijs est parit̃ par.

Alio p̃ter impar. Impar quoqz nume-
rus tres habet species. Prima est prim⁹
7 incōpositus. Secunda scōsus 7 compo-
situs. Tercia per se scōsus 7 compositus.
ad alios p̃tatis primus 7 incōpositus.

Musica

Musica

musice. Mundana. hu-
mana. Instrumentalis
Mundana alia in ele-
mentis. alia in plantis.
alia in temporibus. in elementis. alia in
pondere. alia in numero. alia in mensura
In planetis. alia i situ. alia in motu. alia
in natura. In temporibus. alia in diebz
vicissitudine lucis 7 noctis. Alia in men-
sibus crementis decrementisqz lunaribz
alia in annis. mutatiōe veris. estat̃. au-
tumpni 7 hiemis. Humana musica alia
in corpore. alia in anima. alia in connexu
vtriusqz. In corpe. alia est in vegetatiōe
s̃m quam crescit. que omnibus nascenti-
bus puenit. Alia est in humoribz ex q̃z
complexione humanum corp⁹ subsistit
que sensibilibz p̃munis est. Alia in ope-
ratiōibus. que spiritali ratiōisabilibz
p̃gruit. quibus mechanica p̃est. q̃ si mo-
dum non exceſserint bone sunt. vt inde
non nutriatur cupiditas. vt infirmitas
foueri debet. sicut lucanus in laudem ka-
thonis refert. Quic epule vicisse famem
magniqz pentis submouisse hyemē te-
cto. p̃ciosasqz vestis hircani mēbra sup.
ratiōi more queritis induxisse togam.
Musica in anima. alia est in virtutibus. vt
est iusticia. pietas. temperantia. Alia in
potentijs. vt ratiō. ira. cōcupiscētia. Mu-
sica inter corp⁹ 7 aiām est illa naturalis
amicicia qua anima corpori. non corpo-
reis vinculis. sed affectibz quibusdā col-
ligatur admouendū 7 sensificandū ip̃m
corp⁹. ṽm quam amiciciam nemo car-

nem dno habuit suam. Musica hec est. vt ametur caro. sed plus spūs. vt fouea tur corpus. nō pimat virtus. Musica instrumental. Alia in pulsu. vt sic i tym panis 7 cordis. Alia in flatu vt in tibijs 7 organis. Alia in voce vt carminibz et cantalenis. Tria quoq; sunt genera mu sicor. Primum quod carmina tingit. Aliud quod instrumentis agitur. Tertium quod instrumentorum opus carmen q; diuidit.

Geometria

Geometria tres habet partes. Plant metriam. Altermetriam et cosmimetriam. Planime tria planum metitur id est longum 7 la tum 7 extendit ante 7 retro dextrorsum 7 sinistrosum. Altermetria altum metit 7 extenditur sursum 7 deorsum. Nam 7 mare altum dicitur id est profundum. et ar to: alta id est sublimis. Cosmos mūdus interpretatur. et inde dicta est cosmime tria. i. mensura mūdi. hec metitur spherica. id est globosa 7 rotunda sicut est pila et ouum. Unde etiam a spha mundi ppter excellenciam dicta est cosmimetria. nō q; tantum de mundi mensura agat. s; q; mūdi spera inter oīa spherica dignior est.

De astronomia

Nec contra rium est qd superius im mobilem magnitudiez geometrice attribuitur. Et mobilem astronomie

Quia hoc fm primam inuentōz dicitur est fm etiam quam geometria mensura terre dicit. Del possum dicere. Quod illud qd geometria in spha mundi pbat. id est diuisio regionum 7 circuloz celestiu immobile sit. fm hoc q; ad geometricaz pderatōnem ptnet. Geometria enim non considerat motū sed spacium. Quod autem astronomia speculat sit mobile. i. cursus astrozum. interualla tempm Sic q; yniuersali dicemus immobilem ma gnitudiez geometrie esse subiectā. mo biles astronomie. Quia licet ambe vne de eadem re agant. vna tamen contem platur id quod permanet. Altera id qd transit speculatur.

Diffinitio qua druuij

Aresme trica est igitur numero rum scientia. Musi ca. diuisio qdruuij. sonozum 7 vocū va rietas. Alter musica siue armonia. est pluriū dissimiliū in vnum redactorum p cordia. Geometria est disciplina ma gnitudinis immobilis. formarumq; de scriptō contemplatiua. p quā vni cuius q; termini declarare solent. Alie geome tria est fons sensuum 7 origo dictionum Astronomia est disciplina inuestigans spacia. motus 7 reditus celestiu corpoz ceteris temporibus.

De phisica

Phisica cau

Phas rez in effectibz suis. Et effectus in causis suis in vestigando phiderat. **P**hi tres mo: terris. qua vi maria alta tumescunt. **P**erbarz vires. animos irasqz ferarum. **P**hysics natura interpretat. **P**hi etiaz in superiori diuisione theorice. phisicam naturalez hoc eius nominauit. hec etiaz phisicologia dicit id est sermo de naturis differens quod ad eandem sim spectat. **P**hisica aliaqz pmutiter accipit equipollens theorice. **P**hi qua acceptoz philosophia quidam in tres diuidunt ptes. id est phisicam. et hcam. logicam. **I**n qua diuisione mechanica no ptinet sed restringitur philosophia. circa phisicam. et hcam. logicam.

Quis sit vnus cuiusqz artis terminus

Quam ve

Quam ve ro oēs artes ad vni phie tendant terminum. no vna tñ via omēs currūt. sed singule suas pprias phidatoz habet. quibz ab inuice differunt. **L**ogica cōsideratio est in rebz attendens intellectos rerum. siue per intelligentiā. vt neqz sunt hec. neqz hoz similitudines siue p ratōz. vt no sunt hec. sed hoz tñ similitudines. **C**ōsidat ergo loyca species et genera rez. **M**athematice aut ppriū est act^o phisicos inconfuse p ratōz attendere. ubi gratia. **I**n acti rez no inuenit linea sine superficie et sollicitate. **N**ullū em corp^o sit solūmō lōgū est. vt latitudine vel altitudine careat.

Sz in omi corpe hec tria simul sunt. ratio tñ attendit sine superficie et crassitudine lineam pure p se. quod ē mathematicū. non qz in re ita vel sit vel esse possit. s; qz ratō sepe actus rerū phiderat. no vt sunt. sed sicut esse possunt no in se. sed in qstuz est ad ipsam ratōem. i. vt ratō pateretur esse. **S**cdm quā consideratōz dictū est. ptinam quātitatē in infinita decrescere. et videretā crescere in infinitū. **T**al' em est viuacitas ratōis vt omne longū in longa diuidat. latum in lata zc. vt q ipi ratōni nichil carens interuallo interual lum generet. **P**hisice aut est proprium actus rerū p mixtos in p mixte attendere. **A**ctus em corporū non sunt mūdi. no sunt puri. sed ppositi ab actibz puriorū. quos phisica ai p se non inueniant. pure tñ p se cōsiderat purū scz actū. ignis siue terre aeris siue aquez ex natura vni^o cuiusqz p se considerata de cōcretōne. et efficientia tocus iudicat. **N**oc etiaz ptereundum no est. qz sola phisica pprie de rebz agit. cetera omēs de intellectu bus rerū. **L**ogica tractat de istis intellectibilibz s; p dīcamētale constitutōem. **M**athematica no s; integrālē cōpositōem. **E**t ideo loyca qñqz vtiē pura itel ligentia. **M**athematica autē nunqz sine ymaginatōe est. **I**deo qz vere nichil simplex ē. **Q**uia em logica et mathematica priores sunt ordine discendi qz phisica et eadem qz amō instrumēti vice figūtur. quibz vnumquēqz primū informari oportet. anteqz phisice phideratōi speculatiōnē operam daret. **N**ecessē fuit vt non in actibus rerum vbi fallax experimentum est. sed in sola ratōne. vbi cōcussa veritas manet. suam consideratōz ponerent. **D**einde ipsa ratōne prenia ad experientiam rerum diuiderent. **P**ost qz igitur demonstrauimus quomō diuilio theorice quam posuit hoc etiaz superiori conueniat. breuiter nūc vtrazqz reperimus. vt singula vtriusqz verba diuisionis inuicem conferamus.

Collatio supra dictorum.

Theorica diuiditur in theologiam mathematicam et physica. **U**t aliter. Theorica diuiditur in intellectibilem, intelligibilem, et naturalem. **U**t aliter. Theorica diuiditur in diuinalem, in doctrinam, et physiologiam. Eadem est igitur theologia intellectibilis et diuinialis. Eadem est mathematica intelligibilis et doctrinalis. Eadem est physica physiologia et naturalis. Sunt qui has tres theorice partes misce quodam paladis nomine que dea sapientie fingitur esse significari putant. **D**icitur enim tritona quasi triteona id est trina cognitio, vix dei quam intellectibile nominamus, et animarum quam intelligibilem diximus, corporum quam naturalem appellamus. **E**t merito ab hijs tribus tanta sapientia vocabulum sumit, quia licet tres reliquis id est ethicam, mechanicam, logicam, congrue ad sapientiam referre possimus. **E**xpressius tamen logicam propter eloquentiam, mechanicam et ethicam propter circumspectionem morum et operum, prudentiam siue scientiam appellamus. **S**olam autem theoricam propter speculationem veritatis rerum sapientiam nominamus.

Diuisio practice

Practica diuiditur in solitaria, priuatam et publicam. **U**t aliter in ethi-

cam yconomica et politicam. **U**t aliter in moralem et dispensatiuam et civilem. **U**na est solitaria. **E**thica et moralis vna rursus priuata et yconomica et dispensatiua eademque politica atque civilis. **E**conomus interpretatur dispensator. **I**n economica dicitur est dispensatiua. **P**ol grece ciuitas latine dicitur. **I**nde politica dicitur est id est civilis. **Q**uando ethica partem constituimus practice, proprie accipienda est ethica in moribus vniuersiusque persone, et est eademque solitaria. **S**olitaria igitur est que sui curam gerens, cuiusctis sese erigit, exornat augetque virtutibus. **N**ichil in vita amittens quo non gaudeat, nichil faciens penitendum. **P**riuata est que familiaris officium mediocriter componens dispensatione distribuit. **P**ublica est que reipublice curam suscipiens cunctorum salutem sue prudentie, solertia, et iusticie libera et fortitudinis stabilitate, et temperantie patientia medetur. **S**olitaria igitur conuenit singularibus, priuata patribus familias, politica rectoribus urbium. **P**ractica actualis dicitur eo quod res propositas actibus explicet. **M**oralis dicitur per quam mos viuendi honestus appetitur, et instituta ad virtutem temperantia preparatur. **D**ispensatiua dicitur domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. **C**ivilis dicitur per quas totius ciuitatis utilitas amistratur.

Diuisio mechanice in septem

Mechanice septem scientias continet. Lanificium, Armaturam, navigationem, agriculturam, venationem, medicinam, theatricam. **E**x quibus tres ad

extrinsecus vestimentum nature ptinē
quo se ipsa natura ab incōmodis prote-
git. Quatuor ad intrinsecus, quo se alē-
do ⁊ fouendo nutrit, ad similitudinem q̄
dem triū ⁊ quadriū. Quia triū de
vobis que extrinsecus sunt. Et q̄dru-
uium de intellectibus, qui intrinsec⁹ con-
cepti sunt, practicat. **D**ec sunt septē an-
gelle quas mercurius aphilogia in votē
accepit, quia nimirum eloquentie cui in-
ta fuerit sapientia omis humana actio
seruit. Sicut tilius in libro rethoriconū
de studio eloquentie dicit, hec tuta, hec
honestā, hec illustris, hec eadem vita io-
cunda fiat. Nam hinc ad rempublicam
plurima comoda veniunt. Si modera-
trix omnium p̄esto est sapientia, hic ad
eos qui eam adepti sunt, laus, honor, di-
gnitas confluunt, hinc amicus quoq̄ eorū
certissimum, ⁊ tutissimum presidium est.
Dec mechanice appellantur, id est ad ul-
terine, quia de opere artificū agūt, quod
a natura formam mutuāt. Sicut alie se-
ptem liberales appellate sunt. **D**el quis
liberos, id est expeditos ⁊ exercitatos ai-
mos requirunt. Quia subtiliter de rerū
caulis disputant. **D**el quia liberi tantum
antiquitus, id est nobiles in eis studere
consueuerant. **D**elbei vero ⁊ ignobilis
filij in mechanicis propter periciam ope-
randi in quo magna p̄risorum apparet
diligentia, qui nil interpretatum lique-
re voluerunt, sed omnia subiectis regu-
lis ⁊ preceptis stringere. **M**echanica ē
scientia ad quam fabricam omnium rerū
concurrere dicunt.

Prima lani- ficium

Lanificium

continet omnia texendi cō-
suendi retoꝛquendi gene-
ra, que sunt manu, acu, fuso, subula, gir-
gillo, pectine, alabro, calamistro, chilū,
dro sue alijs quibuslibet instrumentis
ex quacūq̄ lini vel lane materia ⁊ omni
genere pellium erasarum vel pilos batē-
tium Canapis quoq̄ vel suberis iūcto-
rum filorum stoccorum, aut alia qualibz
re huiuscemodi, que in vsum vestimen-
torum, operimentoꝝ linedū, sagonū,
saginatū, substratoriorum, cortinarū
matularum, filtroꝝ, cordarū, cassium
funium redigi potest. **S**tramina quoq̄
ex quibus galeros ⁊ sportulas texere so-
lent homines. **D**ec omnia studia qd la-
nificium ptinent.

Secunda arma- tura.

Secunda est

armatura **A**rma aliquan-
do quelibet instrumētū vi-
cuntur, sicut vicinus arma belli. **A**rma
pauis, id est instrumenta belli et nauis.
Eterum, pprie arma sunt, quibus tegi-
mur, vt scutum, torax, galea, vel quibus
percutimus vt gladius, bipennis. **T**ela
autem sunt quibus iaculāri possumus,
vt hasta, sagitta. **D**icta autem arma ab
armo id est brachio. Quia brachia mi-
nunt, que ictibus opponere solem⁹. **T**e-
la autem dicuntur a greco telon, id est lo-
gum, eo q̄ longa sunt huiusmodi. **P**ro-
⁊ prothelare id est prolongare dicitur.
Armatura igitur quasi instrumentalis
scientia dicitur non tamen ideo, q̄ istū

mentis operando vtae. qm qd de preia
centi alicui? masse materia. aliquid vt
ita dicam instrumentum efficiat. ad hac
omnis materia lapidum lignorum. me-
talloium. arenarum. argillarum pertinet
Dec duas species habet. Architectori-
cam 2 fabrilem. Architectonica diuidi-
tur in timetariam. que ad latamos 2 ad
cementarios. 2 in carpentariam. que ad
carpentarios 2 tignarios pertinet. Alios
q3 huiusmodi artifices in dolabris secu-
ribus lima. et asticulo. ferra 2 terebio. et
trulla polientes. dolantes. sculpantes. li-
mantes. sculpenes 2 pingentes in qua-
libet materia. luto. latere. lapide. ligno.
osse. calce. 2 si qua sunt similia operantur.
Fabrilis diuiditur in malleatoria. que
feriendo. massam in formam extendit.
Et in exdusoria que fundendo massam
in formam redigit. Vnde exdusores vi-
cti sunt qui de cofusione masse nouerut.
formam vasis exprimere.

barbaris nationibus 2 linguis incogni-
tis comercis humanitatis exercet huius
studium gentes conaliat. bella sedat. pa-
cem firmat. 2 priuata bona ad comunes
omniu vsum immutat.

**De agricul-
tura.**

Agricultu-
ra quatuor habet spe-
cies. aruum. Agrum q
sationibus deputatur.
consitum qui arbori-
bus vacat. vt vinea. pomeria. nemora.
Pascuum. vt prata tempe. Floriduz. vt
orti rosaria.

**De nauiga-
tione**

Nauigatio
continet omnes in eme-
dis. vendendis. mutua-
dis. domesticis siue per-
egrinis mercibus nego-
tiationem. Dec rectissime quasi quedam
sui generis rethorica est. Eo qd hinc ne-
gatio siue professione eloquentia maxi-
me sit necessaria. Vnde 2 hic qui facun-
die preesse dicitur mercurius quasi mer-
catorum kirius id est dominus appellat.
Dec secreta mundi penetrat. littoza inui-
sa adit. Deserta horrida lustrat. Et cum

**De venato-
ne**

Venatio
diuiditur in ferinaz
Alucupium 2 pisci-
turam. Ferina multq
modis exercet. Re-
tibus. pedicis. laqueis. precipitijs. arca.
iaculis. cuspid. In vagine pennarum.
odore canibus. accipitribus. Alucupius
sit laqueis. retibus. pedicis. arca. vifto.
bamo. Piscatura sit sagenis. retibz. gur-
gustijs. bamis. iaculis. Ad hanc disci-
plinam pertinet omniu atozum saporz
2 potuu apparatus. nomen tñ accipit ab
vna pte sua. qd antiquus plus venatone

ficiu
arma
da et

veli solebant. sicut a duc in quibusdā re
 gionib. ubi carissim⁹ vsus ē panis. car
 nem p. abo. 7 mullum vel aquaz. p. potu
 bant. Cibus in duo diuiditur in pa
 nem 7 obsonium. Panis dicitur est. q̄a
 omnibus mensis apponitur. vel a greco
 pan quod est totū vel omne. Quia nul
 lum cōmūm bonum sine pane dicitur
 Panis multa sunt genera. Trizimus fer
 mentatus. sub cinericius. rubigus. spon
 gia. placenta. olibanicus Siligine⁹ Si
 mula 7 cetera multa. Obsonium dicitur
 quasi adiunctum pani quod nos aba
 rium possumus dicere. Huius mlta sūt
 genera. carnes. pulmenta. mulla. olera.
 fructus. Carnes alie sunt asse. alie fixe.
 alie elixe. alie crude. alie false. Alia dicitur
 succidia. larduz quoq; siue texea. per
 na vel pentas. xulius. axungia. aruina.
 adeps. Pulmenti item multa sunt gene
 ra. lucanie. sarcimen. minuta. affrotum.
 mortilla. galacie. Et cetera quecumq; p̄n
 ceptis coquo 7 excogitare potuerit. Mul
 sa habent lac. Colustrum. habducaz. bu
 tirum. caseum. serum. Olerum 7 fructū
 nomina enumeret qui potest. Sapores
 sunt alij calidi. alij frigidi. alij amari. alij
 dulces. alij siccī. alij bumidi. Potus alij
 tantum sunt potus id est qui bumidant
 tantum 7 non nutriunt. Alij potus et ci
 bus id est qui bumectant 7 nutriunt. vt
 vinum. Rursum qui abus sunt. alij na
 turaliter sunt abus. vt vinum et sicera
 quelibet. Alij accidentaliter vt cereuisia
 Venatō igitur continet omnium pisto
 rum. carnificum. cocorum. capponum of
 ficia.

Sexta medi cina

Medicina
 diuiditur in duas
 partes. Occasiones
 7 operatōnes. Occa
 siones sex sunt. acrimotus 7 quies. iani
 cio 7 repletō. abus 7 potus. sompnus et
 vigilie 7 accidentia anime. Que itō oc
 casiones dicuntur esse quia faciunt 7 cō
 seruant sanitatem. si temperata fuerint.
 si intemperata fuerint infirmitatem in
 ducunt. Accidentia anime ideo dicitur
 occasiones sanitatis vel infirmitatis. q̄a
 aliquando vel cōmouent calorem impe
 tuose vt ira. vel leniter vt delectatōnes.
 Vel attrahunt 7 celant. Sicut impetuose
 vt terro 7 timor. aut leniter vt angustia
 Et sunt que cōmouent naturaliter vir
 tutem intus 7 extra vt est tristitia. Om
 nis operatō medicie aut fit intus aut ex
 tra. Intus vt ea que ore. naribus. auri
 bus siue ano intus mittuntur. vt potio
 nes. vomitatōnes 7 pulueres. 7 que bi
 lēdo vel masticaō al' attrahēdo sumūf
 for. vt epitimata. c̄plastrā. cataplasma
 ta. cirurgia. Que duplex est in carne vt
 incidere. suere. vrere In osse vt solidare
 7 iuncture reddere. Nec moueat quem
 q̄ abum 7 potum inter attributa me
 dicane anūmero que superius venatio
 ni attribui. Quia s̄m diuersos respect
 hoc factum est. Vinum nanq; in botro
 agriculture est. in penu cellarij In gustu
 media. Similiter ciborum apparatus
 ad pristinum. macellum. coquinam per
 tinet virtus saporis ad medicinam

Septima thea trica

Thearica di

icitur scientia ludoz at thea-
tro vbi populus ad luden-
dum venire solebat. nō qz
in theatro tantū ludus fieret. sed quia ce-
lebrior locus fuerat ceteris. Fiebāt autē
ludi alij in theatris. alij in amphitricis.
alij in arenis. alij in conuiuijs. alij in fa-
nis. In theatro gesta recitabant vel car-
minibus vel personis vel laniis vel ostil-
lis. In zabulis choreas ducebant z sal-
tabant. In gymnasijs luctabantur. In
amphitricis cursu certabant. vel pedum
vel equitū vel curuum. In arenis pugil-
les exercitabantur. In cōuiuijs richmis
z musicis instrumētis z odis psallebāt.
z alea ludebant. In phanis tempore so-
lenni. deorum laudes canebant. Ludos
vero idcirco inter legitimas actōes cō-
numerabant. quia tempato mota. natu-
ralis calor nutrit in corpore. z leticia ani-
mus reparat vel quod magis videtur.
Quia necesse fuit plus aliquādo ad lu-
dendum cōuenire. volnerunt determia-
ta esse loca ludendi. ne in diuersiōis cō-
uenticula faciētes. pbrosā aliqua aut fa-
cinosā perpetrarent.

Logica que est quarta philoso- phie pars.

Logica di

uiditur in gramaticam
z rationem differendi.
Grama grece sra inter-
pretatur latine. Inde vi-
cta est gramatica. i. literalis scia. Litera
pprie est figura q̄ describit. Elementuz
sonus qui pnunciatur. Ceterū hic p̄mu-
niter capiēdo est sra. vt z vocē et sram

intelligamus. vtrūqz enim ad gmaticas
pertinet. Quidam dicunt gramaticam
non esse ptem philosophie. sed q̄si qd
dam appendiciuz z instrumentū ad phi-
losofiam. De ratōne autem differēdi
boetius dicit qz z pars esse possit. et in-
strumentum ad philosophiā sicut pes.
manus. lingua. oculi zc. partes sunt corpo-
ris z instrumenta. Gramatica simpliciter
agit de vocibus. i. sra se intentōnem et
formatōem. compositiōem. inflexionem.
platiōnem z cetera ad pnunciatiōem per-
tinentia. Ratō differendi agit de vocibus
sra intellectus.

De gramatica

Gramatica

diuidit in litterā. sillabam
victōem z ratōem. vel ali-
ter. Gramatica diuiditur
in litteras. i. id quod scribit. z voces id ē
id quod pnunciatur. vel alit. Gramati-
ca diuidit in nomen. pnomen. x̄bū zc.
vocem articulata. sram. sillabaz. Pedes
accentus. polituras. notas. Orthoḡphi-
am. analogiam. etimologiam. glosas.
differentias. barbarismum. soleo al mū.
vicia. methaplasma. scemata. tropos. p-
sas. metra. fabulas. historias. Quorum
idcirco expositōz trāleo. qz plixioz esset.
q̄ huiuscemōi cedule breuitas expectat
Et qz etiam in hoc opusculo diuisiones
tm rerum z omia inuestigare p̄posui. vt
tm modo quoddam principū doctrine
lectori pcederet. Qui at s̄ scire d̄siderat
legat donatū. Seruiū. Pristianū de ac-
cidentibus. Pristianū de duodecā ver-
sibus virgilij. z barbarismum z isideruz
in libro etimologiarum.

De ratione dif- ferendi

Ratio disse

rendi integrales partes
habet inuentōem ⁊ iudi
cium. **D**iuinas vero de
monstratōes pbabile 30
pbificam. Demonstratō est in necessa
rijs argumēt. ⁊ ptinet ad philosophos
Probabil' pertinet ad dyaleticos ⁊ re
thores. **S**ophistica ad sophistas ⁊ ca
uilatores. **P**robabilis diuiditur in dya
leticam ⁊ rethoricam. **Q**uarum vtrags
integrales partes habet inuentōem et
iudiciū. **Q**uia em ipm genus id est dis
sertiuam integraliter cōstituunt. **N**eces
se est vt in compositiōe omniuz speciez
eius simul inueniantur. **I**nuentō ē que
docet inuenire argumenta. ⁊ constituere
argumētatōes. **S**cientia iudicandi q̄
de vtroq; iudicare docet. **Q**ueri potest
si inuentō et iudicium sub philosophia
ptineantur. **V**idētur enim neq; sub theo
rica neq; sub practica. neq; sub mecha
nica. neq; sub logica sub qua magis vi
detur continere. **S**ub logica nō ptinet.
Quia neq; p gramaticā neq; p disserti
nam. **P**er dissertiuā nō ptinet. cū inte
graliter eam constituunt. **N**ulla autem
res esse possit siml' integralis et diuisiua
ps eiusdē generis. **S**icq; philosophia
nō omnē scientiā continere videt. **S**ed
sciendum q̄ scientia duob; modis acci
pi solet. scz p aliqua disciplinā sic cum
dico dyaleticam esse scientiā. id ē artem
vel scientiā. **E**t p qualibet cognitōe sic
cum dico scientiam habere cum q̄ scit ali
quid. **P**erbi gratia. **S**i scio dyaleticaz
scientiā habeo. **E**t si scio naturā scientiā
habeo. **E**t si scio socratē sophronici filiū
esse scientiam habeo. **E**t vniversalit' om
nis qui aliquid scit potest dici scientiaz
habere. **S**z tñ aliud est cū dico dyaleti
ca est ars vel disciplina. **E**tq; aliud cum
dico socratē esse sophronici filiū. ē scia
id ē cognitō de omi sciētia q̄ est ars vel
disciplina. **D**el ē dicere q̄ sit ps pbie di
uisiua. **E**st tñ p̄sus ois sciētia. siue disci
plina siue qlibet cognitō ps pbie vl' di

uisiua vel integral. **D**isciplina est sciētia
q̄ absolutū finē habet. in quo ppositum
artis pfecte explicat qd sciētie inueniē
di vel iudicandi nō puenit. qz neutra p
se absoluta est. **E**t iō disciplina dici nō
possunt. sz ptes discipline. **R**ursus q̄nt
Si inuentō vel iudiciū eedem sint par
tes dyaletice ⁊ rethorice qd incōueniēs
videt. **E**t duo opposita genera eiusdem
p̄sus constituant p̄tibus. **D**ici aut p̄t
bas duas voces equiuocas esse ad par
tes dyaletice. **D**el q̄ fortassis melius vi
camus inuentōz ⁊ iudiciū p̄prie ptes eē
dissertiuē ⁊ sub hijs vocib; vnioari.
In inferiorib; tñ hui' generis quib; dā
p̄prietatib; a seinnicez differre. q̄ tñ dif
ferre p̄ has voces nō discernunt. **Q**uia
p̄ eas nō fm hoc q̄ species p̄ponūt. **S**z
fm hoc q̄ ptes sunt generi significantur.
Gramatica est sciētia loq̄ndi sine vicio
Dyaletica. **D**isputatō acuta vtz a falso
distingues. **R**ethorica disciplina ad p
suadendum queq; ydonea.

Supradictorum recapitulatio.

Philosophia diuiditur in theoreticam
practicam. mechanicam ⁊ logicā. **T**heo
rica diuiditur in theologiam pbificaz ⁊
mathematicam. **M**athematica diuidit
in arithmetica. musica geometriam.
⁊ astronomiam. **P**ractica diuiditur i so
litarium priuatam ⁊ publicaz. **M**echa
nica diuiditur in lanificium armaturaz.
nauigatōnem. agriculturam venatōem
medicinam ⁊ theatricam. **L**ogica diui
ditur in gramaticam ⁊ dissertiuam. **D**is
sertiuā diuiditur in demonstratiuā ⁊ p
babilem sophisticam. **P**robabilis di
uiditur in dyaleticam ⁊ rethoricam. **I**n
hac diuisiōe solummodo diuisiue ptes
philosophie continentur. **S**unt aduc
q̄lie sub diuisiōes istarum partium. sed

iste nunc sufficere possunt. In hijs igitur si solummodo numerus respicis inuenies xxj. Si gradus pputare volueris. xvij inuenies. Plures harrum scientiaru' diuersi legunt. alij incipiendo. alij augendo. alij pficiendo artes inuenerunt. Sic qz eiusdem artis plures sepe referuntur auctores. Ex hijs paucorum nomina sube' annumerato.

Expliat secundus liber

Nota a inferi' de primis inuentoribus artium.

Incipit terci' didascalicon hugonis de modo ordine legendi et disciplina et auctoribus artium

Theolog' apud grecos fuit l'imus. Apud latinos varro. et nostri tempis Johannes Scotus de decē kategorijs. ididit pbilicā nafa. lez mil'gi'. apud grecos tales vn' de se

ptem sapientibz reperit. Apud latinos plinius descripsit. Arithmetricam samius pitagoras inuenit. Nichomae' scripsit. Apud latinos primum apulegius. Deinde boetius transfudit. Sic etiam pitagoras mathetidralem fecit. id est libru' de doctrina quadam. et y. ad similitudinem humane vite inuenit. Rusice repositorem moyses dicit fuisse tubal. qui fuit de stirpe caym. Greci pitagoram. Alij mercurium qui prius tetracorduz inuenit. Alij linum vel zetum vel amphioez Geometriam apud egyptum primum dicunt esse repertaz. cuius auctor apud grecos optimus euclides fuit. huius artes transfudit boetius. Heracloscenes quoqz sagacissimus in geometria. qui ambitum orbis reperit. Dicit quidam q' chā filius noe astronomiam primus inuenit. Chaldei primum astrologiam conuerunt fm natiuitatis obseruantiam. Iosephus autem asserit. abraham primum instruxisse egyptios astrologiam. Astronomiaz tholomeus rex egypti reparauit. Dic etiam canones instituit. q' bus cursus astrorum inuenit. Sunt quidam nemroth gigantum summum fuisse astrologum. Sub cuius nomine etiam astrologia inuenitur. Greci dicunt hanc artem ab atblante prius excogitatam. propter quod et celum sustinuisse ferunt. Ethice inuēto: socrates fuit. de q. xxiiij. libros fm positiuam iusticiam scripsit. Deinde plato discipulus eius multos libros de re ipsa ordinauit. Fronto quoqz philosophus scripsit librum strategon. id est militaris saguitatis.

Nota de inuentoribus singulorum artium.

Mechanica diuersos habuit auctores. Theodorus Astrucus primus apud grecos in describendis rebus rusticis studuit. de inde demetrius magnus cartaginensis in xxvij. voluminibus studium agriculture descripsit. Apud romanos primus cato de agricultura instruxit. quod deinde marcus terentius expoliuit. Virgilius quoque georgica fecit. Deinde cornelius emilius atticus. Lucius Emilianus sine colomella in signis orator qui totum corpus disciplinae huius complexus est. Vitruvius quoque de architectura. Palladius de agricultura. Lanificij usus primus apud grecos primam mineram monstrasse fert. Pancetiam primam telam ordinasse. lanas colerasse. fabrice quoque et oliuae inuentricem credunt. Phidias ipse de dalis didicit. Et ipse post eam fabricas fecisse creditur. Apud egyptum. ysis filia ymachi usum ferendi lini repit. Et qualiter vestimenta inde fierent monstrauit. Similiter lane usum ibidem ipsa repit. In libia primus usus lane exortus est. a templo hamonis. Ninus rex assinorum. prius bella mouit. Vulcanum primum fabri fuisse credunt. Diuina autem historia tubalcaim. Primus pmetheus ferreo circulo lapidem imprimens usum annuli inuenit. Nauigij usum pelagus inuenit. Ceres prima in grecia apud eleusum usum frumenti inuenit. Ysis in egypto. Diluipnus in ytaliam usum frumenti et farris ritum molendi et pinsendi. Chagus in hispania ritum ferendi. Osiris apud egyptum cultum vinearum repit. Liber apud indos. Dedalus primus mensam et olam et sellam fecit. Apirius primus composuit apparatus coquine. qui tandem in ea consumptis bonis uoluntaria morte periit. Medicinae auctor apud grecos apollo fuit. Panc filius eius esculapius laude et opere ampliauit. qui postquam fulmine periit. diu medendi cura intermissa est. latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus arthaxerxis regis. tunc eam renouauit in lucem ypercras. a selepio patre suo genitus in choo insula. Indialis initium sumpsisse creduntur quod

ex asia uenientes in eturia confederunt. sub tyrro rege. ubique inter ceteros superstitio suarum ritus spectacula instituerunt. quem morem romani imitati sunt. Aterfici in aterficiabus. in quibus ludia ludis uocati sunt.

Unde iniciuz litterarū hebreorum

Littere hebreorum a moysse. per leges initium sumpsisse creduntur. Caldeorum et syrorum per abrahā. Egiptorum litteras ysis inuenit. Grecorum per phenices quas cathinus a fenice in greciam transtulit. Carmentis mater euandri. que proprio nomine nicostrotata uocabatur latinis litteras inuenit. Diuinae historiae primus moyses scripsit. Apud gentes primus daresfrigus troiana historiae edidit quoniam in folijs palmarum ab eo scriptam esse ferunt. Post daetem in greciam herodotus primus historice fuit. post quoniam feritides. In eisdem temporibus claruit. quibus hosdras legem scripsit. Fablas prius creditur inuenisse alemon crotoniensis. Egiptus est mater artium. Deinde in greciam. Et inde in ytaliam uenerunt. In ea primum gramatica reperta est. tempore osiris mariti ysidis. In ea quoque dyalectica inuenta est a permenide qui ciuitates et cetus hominum fugiens. in rupe coesedit in modico tempore itaque dyalecticam excogitauit. unde et rupe per mentidis appellata est. Plato autem post mortem soeratis magistri sui. egiptum demigravit. Ibi quoque preceptis liberalibus studiis athenas rediit. Et apud achademiam uillam suam. coadunatis discipulis

studijs operam dedit. Hic primū loicā
ratōnalem grecis instituit. Quam po-
stea arestotiles eius discipulus amplia-
uit perfectit in artem redegit. Marcus
Terentius Varro primus dyalecticā de
greco in latinum transtulit. Postea Ci-
cero topica inuenit. Demoscenes fabri
filius apud grecos rethorice reperto: vi-
citur esse. Cylas apud latinos. Corax
apud syraculas. Decab arestotile z gor-
gia z ermagera in greco scripta etrālla-
ta in latinum a tulio z quintiliano.

Que artes pre- cipue legēde sūt

Ex his at
oibus scientijs sup-
enumeratis septes spe-
cialiter discernerant
antiqui in studijs su-
is ad opus erudiendū in quibus tan-
tam p̄ ceteris utilitatem p̄sperunt. vt
q̄squis harum disciplinarum firmitatē
p̄cepisset. ad aliarum noticiā postea inq̄-
rendo magis z exercendo q̄m audiēdo
perueniret. Sunt etiam quasi quedā in-
strumenta z rudimenta quibus via pa-
ratur animo ad plenam philosophice
veritatis noticiam. Hinc triuū z qua-
druiū nomen accepit. eo q̄ hijs qua-
si quibusdam vijs viua x animus ad se-
creta philosophie introeat. Nemo tūc
temporis nomine magistri dignus vi-
debat̄ qui non harum septem cogni-
tōne polleret. Pitagoras quoq̄ hāc in
studijs suis consuetudines seruasse legi-
tur. vt vsq̄ ad septennium s̄m numerū
videlicet septem liberalium artium. Nul-
lus discipulorū suorum de hijs que ab
ip̄o dicebatur ratōem p̄scere auderet.
Sed fidem daret verbis magistri. quo

usq̄ omnia audisset. sicq̄ iam per semet-
ip̄um ratōnem eorum posset inuenire.
Has septem quidaz tanto studio vidi-
cisse leguntur vt plane omnes ita mēo-
ria tenerent. vt quascūq̄ scripturas ad
manum sumpsissent. quascunq̄ questio-
nes soluendas aut comprobandas pro-
posuissent. ex hijs regulas z ratōnes ad
diffiniendum id de quo ambigetur. Fo-
lia librorum renouendo non quererēt.
sed statim corde p̄ata haberent. Hinc p̄-
fecto accidit. vt tot essent eo tempe sa-
pientes vt ip̄i plura sciberent q̄ legere
nos possumus. Scholares vero nostri aut
nolunt aut nesciunt modum congruum
in v̄scendo seruare. Et idcirco multos
studentes. paucos v̄o sapiētes inueni-
m̄. Michi autem videtur non minori cura
prouidendum esse lectori. vt in studijs
utilibz operā suam impendat q̄ ne in utili
z bono proposito tepidus remaneat.
Malum est bonum negligenter agere.
peius est inuanum latores multos expē-
dere. Sed quia non omēs hanc discre-
tōnem habere possunt vt intelligant q̄d
sibi expediat. Idcirco que scripture mi-
chi utiliores videantur lectori. breuiter
demonstrato ac deinde de modo v̄scē-
di pauca quoq̄ annectam.

De duobus scripturarū ge- neribus

No sūt
genera scripturarū
Primum gen^o est
earū que pprie ar-
tes appellātur. Se-
cundum est earum
que appendicijs sunt artium. Artes sunt
h

que philosophie supponuntur. id est que ali-
quam certam et determinatam philoso-
phie partem materiam habent. ut est gra-
matica dialectica et huiusmodi. Appen-
dicia artium sunt. que tantum ad philo-
sophiam spectant. a qua in aliqua extra phi-
losofiam materia versatur. Aliquan-
do tamen quedam ab artibus discreta.
sparsim et confuse attingunt. Vel si sim-
plex narratio est viam ad philosophicam pre-
parant. Quislingo di sunt omnia poeta-
rum carmina ut sunt tragedie. comedie. sa-
tire. Heroica quoque et lirica et iambica et
vidalcolica. quedam fabule et historie.
Illorum quoque scripta quos nunc phi-
losofos appellare solemus. qui et bre-
uem materiam longis verborum amba-
gibus extendere consueverunt. et faciles
sensum. perplexis sermonibus obscura-
re. Vel etiam diuersa simul compilantes
quasi de diuersis coloribus et formis
vnam picturam facere. Nota que tibi
distinxi duo sunt arcium appendicia. scilicet
inter hec tanta michi videtur esse distan-
tia ut virgilius ait in bucol. Lenta sa-
lix quantum palenti cedit oliue. Puni-
cis humilis quantum saluica rosetis.
Ita ut quicumque ad scientiam pertinge-
re cupit. si relicta veritate arcium. reliqua
se implicare voluerit. materiam laboris
ut ita dicam in infinitum inueniet et fru-
ctum exiguum. Denique artes sine appen-
dicijs suis perfectum facere lectores pos-
sunt. alla sine artibus nil perfectionis con-
ferre. valent maxime cum in se nil expe-
tendum habeant. Unde lectorem inui-
tant. nisi tractatum ab artibus accomo-
datum. neque quisque in eis. querat nisi quod
arcium. est. Quis propter michi videtur
primum operam vandum artibus esse.
ut sunt fundamenta omnium. et ubi pu-
ra simplexque veritas aperitur. Maxime
hinc septem quas predicti que tota phi-
losofie instrumenta sunt. Deinde. cete-
ra quoque si vacat legantur. quia aliqua-
do plus delectari solent serijs admixta
ludicra et raritas preciosum facit bonum.
sic in medio fabule arcium inuentam sci-

entiam auidius aliquando retinemus.
Veritamen in septem artibus liberali-
bus fundamentum est. omnis doctrine
que pre ceteris omnibus habende sunt
ad manum. utpote sine quibus nil solet
aut potest disciplina seu philosophia ex-
plicare et diffinire.

De coherentia artium.

Hec quidem
ita sibi coherent et alte-
rius vicissim rationibus
indigent. ut si vel vna
defuerit. cetera philoso-
phum facere non possunt. Unde michi
errare videntur. qui non considerantes
talem in artibus coherentiam. quasdam
sibi ex hijs eligunt. Et ceteris intactis. i
hijs se posse fieri perfectos putant.

Quicuique ar-
ti quod suum
est tribuedum
esse

Sed rur-
sus est alius error. non
enim multo minor
istis. quem summo ope-
re vitare oportet. sunt
enim quedam qui li-
cet ex hijs que legenda sunt. nichil pre-

termittunt . nulli tamen arti quod suum
 est . tribuere norunt . sed in singulis legunt
 omnes . In gramatica de sylogismorum
 ratione disputat . In dyalectica casuales
 inspectiones inquirunt . Et quod magis
 in istone dignum est . in titulo totum li-
 brum legunt et incipiunt et tertia lectio-
 ne vix expediunt . non alios docent huius mo-
 di . sed ostentant suam scientiam . Sed ut
 quales michi tales omnibus appareant
 attende quod peruersa sit hec consuetudo .
 cum profecto quanto magis superflua .
 aggregaueris tanto minus ea que vti-
 lia sunt capere possis vel retinere . In qua
 libet ergo arte duo nobis maxime di-
 cenda sunt et distinguenda . Primum
 qualiter de ipsa arte agere oporteat . Se-
 cundum quomodo oporteat ipsius artis
 rationes . alijs quibuslibet rebus accomo-
 dare . Duo sunt agere de arte . et agere per
 artem . Verbi gratia . Agere de arte . ut
 agere de gramatica . Agere per artem a-
 gere gramatice . Distingue hec duo . age-
 re de gramatica et agere gramatice . De
 gramatica agit qui regulas de vocabus
 datas et precepta ad hanc artem perti-
 nentia tractat . Gramatice agit omnis
 qui regulariter loquitur vel scribit . Agere
 ergo de gramatica quibusdam tantum-
 modo scriptoribus . ut pristiano . dona-
 to . serui conuenit . Agere vero gram-
 atice omnibus . Cum ergo de qualibet ar-
 te agimus . maxime in docendo . ubi om-
 nia ad compendium restringenda sunt .
 et ad facilem intelligentiam enotanda suf-
 ficere debet id de quo agitur quantum
 breuius et apertius potest explanari . Ne
 si alienas nimium rationes implicaueri-
 mus magis trabamus quam edificemus le-
 ctorem . Non omnia dicenda sunt . que
 dicere possumus . Ne minus utiliter vi-
 cantur ea que dicere debemus . Id tan-
 dem in vnaqueque arte queramus quod ad
 eam specialiter pertinere constiterit . De
 inde cum legeris artes et quid vniuscuius
 que sit proprium cognoueris disputando
 et conferendo . Tunc demum rationes sin-
 gularum inuicem conferre licebit . et ex al-

tera consideratione vicissim . que minus
 prius intellexeras inuestigare . Noli mul-
 tiplicare diuerticula quo ad usque semi-
 tas didiceris . securus discurre cum er-
 rare non timueris .

Quid sit ne-
 cessarium stu-
 dentibus .

Tria sunt
 studentibus necessaria .
 Natura . exercitium . di-
 sciplina . In natura con-
 sideratur . ut facile au-
 dita percipiat et percepta firmiter retine-
 at . In exercitio . ut labore et sedulitate
 naturalem sensum excolat . In disciplina
 ut laudabiliter viuens . mores cum scien-
 tia proponat . De his tribus per singula modis
 introductionis pauca perstringemus .

De introdu-
 ctione

Si doctri-
 ne operam dant . ingenio si-
 mul et memoria pollere de-
 bent . quod duo in omni studio
 ita sibi coherent . ut si desit
 alterum . neminem alterum ad profectum
 ducere possit . sicut nulla prodesse possunt
 k 2

lucra. vbi deest custodia. Et incassum re-
ceptacula munit. qui quod recondat. nō
habuerit. Ingenium inuenit. Memoria
custodit sapientiam. Ingenium est vis
quedam naturaliter animo insita perse
valens. Ingenium a natura perficit. vsu
iuuatur. In moderato labore retōditur.
et temperato acuitur exercitō. Unde sa-
tis eleganter a quodam dicitur est. Do-
lo tandem tibi parcas laborare in car-
tis cure per aera. Duo sunt q̄ ingenium
exercent. lectō et meditatio. Lectō cū ex
hijis que scripta sunt regulis et preceptis
informamur. Primo dum est lectōis ge-
nus docentis et discantis et per se inspi-
entis. Dicimus enim lego librum illi. et
lego librum ab illo. et lego librum. In le-
ctōne maxime consideranda sunt ordo
et modus.

De ordine le- gendi.

Ordo cō-
sideratur alius in di-
sciplinis. vt si dixe-
rim gramaticā dis-
lecticam antiquiorē
et arithmeticam priorē musica. Alius in
libris vt si dixerō catalinarum iugurti-
no esse priorē. Alius in narratōe. que
est in serie continua. alius in expositōne.
Ordo in disciplinis attenditur s̄m na-
turam. in libris s̄m personam auctoris v̄l
subiectam materiam. In narratōne s̄m
dispositōnem. Que duplex est. Natu-
ralis videlicet. quando res eo referuntur
ordine quo geste sunt. Et artificialis. sci-
licet quando id quod postea factum est
prius narratur. et quod prius postmodum

dicitur. In expositōne ordo considerat
s̄m inquisitionem. Expositio continet
tria. litterarū. sensum. sententiam. Littera
est congrua dictionum ordinatō quam
etiam constructōnem vocamus. Sensus
est facilis quedam et aperta significatio.
que littera prima fronte prefert. Sen-
tentia est profundior intelligentia. que
nisi expositōne vel interpretatōne non
inuenitur. In hijis ordo est. vt primum
littera. Deinde sensus. et post sententia in-
quiratur. quo facto perfecta est expositio.

De modo le- gendi

Modus le-
gendi in diuidēdo cō-
stat. Omnis definitō
incipit a finitis et ter-
minatur ad infinita.
Omne enim finitum magis notum est.
et scientia comprehensibile. Doctrina au-
tem ab hijis que magis nota sunt incipit.
et per eorum noticiam ad scientiam eorū
que latent pertingit. Preterea ratio in-
uenimus. ad quem pertineat diuidere.
quando ab vniuersalibus ad particula-
ria diuidemus diuidendo. et singulo-
rum naturas inuestigando. Omne nan-
q̄ vniuersale magis est determinatum
suis particularibus. Quando ergo di-
scimus. ab hijis incipere debemus. que ma-
gis sunt nota et determinata complectē-
tia. sicq̄ paulatim diuidendo. et per
diuisionem singula distinguendo eorū
que in illis continentur naturam inuesti-
gare.

De meditacione

Meditatio

est cogitatio frequens cum consilio. que causam et originem. modum et utilitatem vni-

uscuiusque rei prudenter inuestigat. Meditatio principium sumit a lectione. nullis tamen stringitur regulis aut preceptis lectionis. Delectatur enim quodam apto decurrere spacio. ubi liberam contemplandae veritati aciem assignat. Et nunc has. nunc illas rerum causas perstrigere. Nunc autem profunda queque penetrare. nichil anceps nichil obscurum relinquere. Principium ergo doctrine est in lectione consummatio in meditatione. Quae si quis familiaris amare vididerit eius sepius vacare voluerit. Iocundam valde reddat vitam. et maximam in tribulatione patet consolationem. Ea enim maxima est que animam a terrenorum actu strepitu segregat. et in hac etiam vita eterne quietis dulcedinem quodammodo preguistare facit. cum iam per ea que facta sunt eum qui fecit omnia querere vididerit et intelligere. tunc animum pater et scientia erudit et leticia perfundit. Unde fit ut maximum sit in meditatione oblectamentum. Tria sunt meditationis genera. Primum consistit in circumspectione morum. Aliud in scrutatione mandatorum. Tertium in inuestigatione diuinorum operum. Primum sunt in vicijs et virtutibus. Mandatum diuinum. Aliud precipiens. aliud permittens. aliud terrens. Opus dei est. et quod creat potentia et quod moderatur sapientia. et quod cooperatur gratia. que omnia quanta sunt admiratione digna. tanto magis quisque nouit. quanto attentius dei mirabilia meditare consuevit.

De memoria

De memo-

ria hoc maxime in presenti pretermittendum non esse estimo. quod sicut ingenium

diuidendo. inuestigando et inuenit. ita memoria colligendo custodit. oportet ergo ut que discendo diuisimus commendata memorie colligamus. Colligere est ea de quibus prolixius vel scriptum vel disputatum est ad breuem quandam et compendiosam summam redigere. que a maioribus epilogus. id est breuis recapitulatio supradictorum appellata est. Habet namque omnis tractatus aliquod principium. tota cui rei veritas et vis sententiae innititur. et ad ipsum cuncta alia referuntur. hec querere et considerare colligere est. Unus fons est et multi riuuli. Quid autem fluctus fluminum sequerentur. tunc fontem et totum habes. Hec idcirco dico quoniam memoria hominis hebes est et breuitate gaudet. Et si in multa videtur sit minor in singulis. Debemus ergo in omni doctrina breue aliquod et certum colligere quod in archa memorie recondatur. Unde postmodum cum res exigit reliqua diuinatur. hoc etiam sepe replicare et de ventre memorie ad palatum reuocare necesse est. ne longa iteratione deperat. Unde Rogo te o lector: ne nimium legeris si multa legeris. Sed si multa intellexeris. Nec si tantum intellexeris. sed si retinere potueris. alioquin nec legere multum potest nec intelligere. Quare superius me dixi. Recolle re eos qui doctrine operam dant. memoria indigere.

Nota dicta aurea de modo studendi et humilitate.

De disciplina

Sapiens

quidam cum de modo et forma discendi interrogaret ait
Sens humil' stu-

dium querendi. vita quieta. Scrutinū tacitum. paupertas. terra aliena. De crederare solent multis obscura legedo. Audierat puto quod dictum est. mores ornant scientiam. Et ideo preceptis legendi. preceptis quoque viuendi adiungit. Et ut modum vite sue. et studij sui ratio lector agnoscat. Illaudabil' est scia. qua vita maculat impudica. Et idcirco summo opere cauendum est ei qui querit scientiam. ut non negligat disciplinam.

De humilitate

Incipit

autem discipline humilitas est. cuius cum multa sint documenta. Nec tria precipue ad lectorem pertinent. Primum est ut nullam scientiam. nullam scripturam vilem teneat. Secundum ut a nemine discere erubescat. Multos hec decepit. quod ante tempus sapientes videri volunt. Tunc namque in quandam tumoris elationem prorumpunt. ut iam et simile incipiant quod non sunt. et quod sunt erubescere. eoque longius a sapientia recedunt. quo non esse sapientes sed per-

tari incipiant. Eiusmodi multos noui. qui cum primis ad elementis indigeant. non nisi summis interesse dignantur. et ex hoc solummodo se magnos fieri putant.

Nota infra scripta.

Si magnorum et sapientum vel scripta legerint vel audierint verba. Nos inquit vidimus illos. nos ab illis audivimus. Sepe nobis illi loqui solebant. Illi summi illi famosi cognouerunt nos. Sed utinam me nemo agnoscat. et ego cuncta nouerim. Platonem vidisse non intellexisse gloriari. puto indignum nobis esse deinceps. ut me audiat. Non ego sum plato. nec platonem videre merui. sufficit vobis ipsum philosophie fontem potastis. Sed utinam adhuc sitis. rex post aurea pocula. de vase bibit testeo. Quid erubescatis. platonem audistis. audiat et crispus. In proverbio dicitur. Quod tu non nosti. fortassis nouit asellus. Nemo est cui omnia scire datum sit. Neque quisque rursus cui aliquid speciale a natura accepisse non contigerit. Prudens igitur lector omnes libenter audit. omnia legit. non scripturam. non personam. non doctrinam cuiusque spernit. Indifferenter ab omnibus quod sibi deesse videt querit. non quantum sciat. sed quantum ignoret considerat. Nihil illud platonicum aiunt. Nolo alia recunde discere. quam mea impudenter ingerere. cur enim discere erubescas. et ne scire verecundaris. Pudor iste maior est illo. Sed quid summa effectas. cum tu ita ceas in imo. considera potius quid vires tue ferre valeant. aptissime incedit. qui incedit ordinate. quidam dum magni saltum facere volunt. precipitium incidunt. Noli ergo festinare nimis. huius mo-

do cibus ad sapientiam pertinges. **N**on
omnibus libenter discere. quid tu nescis.
Quia humilitas comune facere tibi po-
test. quod nature cuius proprium fecit.
sapientior omnibus eris. si ab omnibus
discere volueris. Qui ab omnibus acci-
punt. omnibus vitiores sunt. Nullam
denique scientiam vilem teneas. quia om-
nis sapientia bona est. Nullam si vacat
scripturam saltem legere contempnas.
Si nil lucraris nec perdis aliquid. Ma-
xime cum nulla scriptura sine meam esti-
mationem sit. que aliquid expectandum
non proponat. si convenienti loco et or-
dine tractetur. que non aliquid etiam spe-
ciale habeat quod diligens verbi scruta-
tor alibi non inuentum. quanto rarius
tanto graciosius carpat. Nichil tamen bo-
num est quod melius tollit. Si omnia
legere non potes. ea tamen que utiliora
sunt lege. Etiam si omnia legere potue-
ris. non tamen omnibus idem labor im-
pendendus est. sed quedam ita legenda
sunt. ut non sint incognita. quedam ne sint
inaudita. Et aliquando plures esse cre-
dimus. que non audiimus. et facilius
estimatur res. cuius fructus agnoscitur.
Videre nunc potes quam necessaria tibi sit
humilitas. ut nullam scientiam philipe-
das. et ab omnibus libenter discas. Si
militer quoque tibi expedit. ut cum tu ali-
quid sapere ceperis. ceteros non contem-
nas. Hoc autem tumoris vicium. hinc
quibusdam accidit. quod suam scientiam ni-
mis diligenter inspiciunt. et cum sibi ali-
quid esse visi fuerint. alios quos non no-
uerunt tales nec esse nec fieri potuisse pu-
tant. **H**inc etiam ebullit. illud quod nunc
nugigeruli quidam. nescio unde gloria-
tes. priores patres arguunt simplicita-
tis. et secum natam et secum morituram sa-
pientiam putant. In diuinis eloquijs
ita simplicem loquendi modum esse aut.
ut in eis magistros audire non oporteat.
Posse satis quandoque proprio ingenio
veritatis archana penetrare. corrugant
nasum. et valgium torquent in lectorem
diuinitatis. Et non intelligunt. quod deo in-

suriam faciunt. cuius verba pulchro qui-
dam vocabulo simplicia. sed sensu pra-
uo insipida predicant. Non est mei con-
silijs huusmodi imitari. Bonus enim le-
ctor humilis debet esse et mansuetus. a cu-
ris inanibus et voluptatibus illecebris pr-
sus alienus. Diligens et sedulus. ut ab om-
nibus diligenter discat nunc de scientia
sua presumat. peruersi dogmatis aucto-
res quasi venena fugiat. **D**um rem pertra-
cet antequam dicat. non videri doctus sed
esse querat. **D**icta sapientum intelligat.
intellecta diligat. et ea semper coram oca-
lis suis. quasi vultus sui speculum tenere
studeat. Et si qua forte obscuriora in-
tellectu eius non admiserint. non statim
in vituperium prorumpat. ut nil bonum
esse credat nisi quod ipse intelligere pos-
sit. **N**ec est humilitas discipline legen-
tium.

**De studio
querendi nec non**

de vita philoso- phorum

Studium

querendi ad exercitijs
pertinet. In quo exhor-
tatione magis q̄ doctri-
na lector indiget. Qui
enim inspicere diligenter voluerit. qd
antiqui ppter amorem sapientie pertule-
runt q̄ memoranda posteris virtutis sue
monimenta reliquerint qualibet sua vi-
ligniam inferiorem videbit. alij calca-
bant honores. Alij piccerunt viciis.
Alij acceptis iniurijs gaudebant. Alij
penas spreuerunt. Alij contubernia ho-
minum deserentes vltimos recessus 7 se-
creta heremi penetrantes. soli se philoso-
phie dedicabant. vt eo contemplationi
magis vacaret quo nullis que virtutiter
impedire solent cupiditatibus animum
subiecissent.

Hermenides

philosophus. xv. annis in rupe egyptia
confedisse legitur. Et pmetheus ob im-
modicam meditando cura in monte cau-
casi vulturi expositus memorat. Er-
enim sciebant verum bonum. non in esti-
matione hominum. sed in pura conscientia
esse absconditum. et eos iam non homines
esse. qui rebus pituris inherentes bonum
suum non agnoscerent. Ideo quantum
mente 7 intelligentia a ceteris differret
ipsa locorum distantia demonstrabant.
ne vna teneret habitatio. quos non vna
sociabit intentio. Quidam philosopho
dicebat. Nunquid non vides quia te de-
rident homines. 7 ille. Ipi me inquit de-
rident. 7 eos asini. Cogita si potes quan-
ti estimauerit laudari ab hijs a quibus
nec vituperari timuit. De alio rursus le-

gitur q̄ post omnia disciplinarum stu-
dia. et arcium cacumina ad opus figuli
descendit. Et alterius cuiusdam discipu-
li cum magistri suum laudibus effertet
Inter cetera nec sutorie pice disciplina
eum carere gloriati sunt. Hanc ergo di-
ligentiam in nostris lectoribus esse vel-
lem. vt nunq̄ in eis senesceret sapientia
Sola ab ysaac lunamitis senem dauid
calescit. Quia amor sapientie etiam in
arescente corpore dilectorem suum non
desertit. Omnes pene virtutes corporis
mutantur in senibus 7 crescente sola sa-
pientia decrescunt cetera. Senect̄ enim
illozum qui adolescentiam suam bone-
stis actibus instraxerunt etate fit docti-
or. vsu tristior. processu temporis sapien-
tior. Et veterum studioz dulcissimos
fruct̄ metit. Vn̄ 7 sapiens vir ille grece

Demoscenes

septuaginta annis se moriturum ceme-
ret dixisse ferē se dolere. q̄ agredetur
de vita. quando sapere cepisset.

Plato.

Lxxi. annis scribens mortuus est. Et
Socrates nonaginta no-
nem annos i
docendi scribendiq̄ dolore laboreq̄ co-
pleuit. Taceo ceteros philosophos pi-
tagoram. Democretum. Zenocratem.
Zenonem 7 beleantem. qui iam etate
longeua in sapientie studijs flourerunt.

Ad poetas veio

Homerum. Hesiodum. Simonidem.
terficorum. qui grandes etate nefcio qd
Sed solito diuinis vicina morte ceca-
nerunt.

Ephocles aut

Cum post nimiam senectutem et rei familiaris negligentiam a filiis accusaretur amentie edipi fabulam quam nup scripserat recitavit iudici. Et tantum sapientie in etate iam fracta specimen dedit. ut severitatem tribunalium in fauore theatri conuerteret. Nec mirum cum etiam kathy censorinus et romani generis disertissimus iam senex grecas discere lras non erubuerit. nec desperauerit. certe homerus refert quod de lingua nestoris vetuli et iam pene decrepiti dulcius melle oratio fluxerit. Nurem igitur aduerte quantum amaauerint sapientiam. quos nec decrepita etas. ab eius inquisitione potuit reuocare. Iste igitur tantus amor sapientie. tanta in senibus prudentie habundantia. congrue etiam ex ipsius supradicti nominis interpretatione colligitur. Interpretatur enim ab ysaac. Pater meus superfluum. vel patris mei rugitus. Ex quo ostenditur habundantissimum et ultra humanam vocem in senibus diuini sermonis tonitruum comorari. Verbum namque superfluum in hoc loco plenitudinem non redundantiam signat. Porro sunamitis in lingua nostra cocinea dicitur. quod satis conuenienter feruorem sapientie significare potest.

De reliquis quatuor preceptis

Quatuor que sequuntur sic alternati sunt disposita. ut alterum semper ad disciplinam pertineat. reliquum ad exercitium spectet.

De quiete

Dite quies siue interior ut mens per illicita desideria non discurrat. Siue exterior. ut otium et oportunitas. honestis et utilibus studiis suppetat. vtraque ad disciplinam pertinet.

De scrutinio

Scrutinium autem id est meditatio ad exercitium spectat. Videtur autem scrutinium sub studio querendi contineri. Quod si verum est. superflue repetitur. cum in superiori parte anumeratum sit. Sed sciendum est hanc inter hec duo esse differentiam. Quod studium querendi instantiam signat operis. scrutinium vero meditationis diligentiam. Opus peragunt labor et amor. Consilium pariunt cura et vigilia. In labore est ut agas. in amore ut perficias. In cura. ut provideas. In vigilia ut attendas. Iste sunt quatuor pediseque que portant lecticam lectoris philosophie. que mentem exercent aut sapientia presidet. Cathedra philosophie sedes est sapientie. que hijs suppositis ducitur. quam in hijs exercendo se promouetur. unde pulchre iuuenes propter robur a fronte lecticam tenere dicuntur videlicet philosophos et copios. id est amor et labor. que foris opus peragunt. a posteriori puella videlicet philenne et agrimia quod interpretatur cura et vigilia. quia intus in secreto consilium pariunt. Sunt quidam qui putant per cathedram philologie humanum corpus intelligi. cui anima rationalis presidet. quam ministri quatuor portant. id est quatuor elementa proponit

Equibus duo superiores, id est ignis et
aer actu et nomine masculina sunt. Duo
inferiora, id est aqua et terra feminina sunt

De paupertate

Pauperta
tem vero lectoribus sua
dere voluit, id est sapientia
sua non sectari, quod
maxime ad disciplinam
spectat. Pinguis enim venter ut dicitur
tenuem non gignit sensum. Sed quod ad
hoc scolares nostri temporis responde
re potuerunt, qui non solum in studiis
suis fragilitatem sequi contempnunt.
Sed etiam supra id quod sunt, omnes vi
deri laborant. Nec iam quod didicerit
quisque iactat, sed quid expenderit. Et
fortassis quod magistros suos imitari vo
lunt, de quibus quid satis digne dicam,
non inuenio.

De exilio

Postremo
terra aliena posita est,
que et ipsa hominem quod
exercet. Omnis mundus
philosophantibus exi
lium est. Quis tamen ut ait quidam, Ne
scio qua natali solum dulcedine carere
ducat, et in memores non sinit esse sui. Ma
gnam principum virtutis est, ut discat

paulatim exercitatus animus, visibilia
hec et transitoria primum commutare, ut post
modum possit derelinquere. Delicatus il
le est adhuc cui prima dulcis est. Fortis
autem, cui iam omne solum prima est.
Perfectus vero cui mundus totus exi
lium est, ille mundo amorem finxit. Ille
sparsit, hic extinxit. Ego a puero exula
ui. Et scio quo merore animus artus ali
quando pauperis tugurij fundum dese
ruerat, qua libertate postea marmoreis
laeis et laqueata respexerat tecta.

Et sic finitur
tercius liber. In
cipit quartus hu
gonis didascalii
con de studio di
uinarum scriptu
rarum

Scriptu

re que vel de deo,
vel de bonis inuisi-
bilibus loquuntur,
nec sole nec omēs
diuine appellande
sunt. In libris gen-

tium multa de eternitate dei et anima-
rum immortalitate, de virtutum p̄m̄ijs
sempiternis, penīsq; malorum, satis pro-
babili ratione scripta inuenimus, quos
tali vocabulo indignos esse nemo dubi-
tat. Rursus vero veteris et noui testam̄i
ti seriem percurrentes totam pene de pre-
sentis vite statu, et rebus in tempore ge-
stis contextam cernimus. Raro aliqua
de dulcedine eternorū honorum et cele-
stis vite gaudijs manifeste de promissa
men has scripturas diuinas fides kato-
lica appellare consuevit. Philosophorū
scripture, quasi luteus paries dealbat̄
nitore eloquij fors pollent, que si quan-
doq; veritatis pretendunt speciem, fal-
sa admiscendo, quasi quodam colore su-
perducto, lutum erroris operiunt. Econ-
tra diuina eloquia aptissime fano com-
perantur, que p̄pter simplicitatem ser-
monis foris arida apparent et intus dul-
cedine plena sunt. Unde constat quia
merito tale vocabulum sortita sunt, que
sola sic a falsitatis contagione aliena in-
ueniuntur, ut nihil veritati contrarium
contingere probentur.

Scripte diuine

sunt quas a catholice fidei cultoribus edi-
tas, vniuersalē ecclesie auctoritas, ad ei-
fidei corroboratōnem in numero diui-
nonum librorum computandas recipit,
et legendas retinet. Sunt preterea alia
q̄ plurima opuscula, a religiosis viris
et sapientibus diuersis temporibus con-
scripta, que licet auctoritate vniuersalis
ecclesie probata non sunt, tamen quia a
fide catholica non discrepant, et nō nul-
la etiam vtilia docent, inter diuina, com-

putantur eloquia, que fortasse enun-
tando melius qm̄ definiendo ostendi-
mus.

De triplici or- dine veteris te- stamenti

Omnis di-

uina scriptura in duo-
bus testamentis con-
tinetur. In veteri vi-
delicet et nouo. Vtrū-
q; testamentum tribus

ordinibus distinguit. Vetus testamen-
tum continet leges prophetas et ap̄osto-
phos. Nouus euangelia, apostolos, pa-
tres. Primus ordo veteris testamenti
id est lex quam hebrei thorat nominant
et greci pentateuchum habet, sunt quinque
libros moysi. Inter quos primus est bre-
sith id est genesis. Secundus ellesmoth,
qui est exodus. Tercius vatechtra q̄ est
leuiticus. Quartus vaiedaber qui est nu-
meri. Quintus adabrain, qui est deu-
tronomius. Secundus est ordo prophe-
tarum, hic continet octo volumina. Pri-
mum iosue bennun, id est filium nun, q̄
et iosue et iesun que et iesus nuncupatur.
Secundum sophrim qui est liber iudi-
cum. Tercius samuel qui est primus et
secundus regum. Quartum malachi q̄ est t̄ci-
et quintus regū. Quintum isaias. Sextum ieremiā

Triplex ordo scripturæ diuine
102

Septimum ezechiel. Octauum tharea
stra qui est duodecim prophetarum. Ter-
cius ordo nouem habet libros. Primus
iob. Secundus dauid. Tercius malloth
quod grece pabule latine prouerbia so-
nat uidelicet salomonis. Quartus ce-
leth qui est ecclesiastes. Quintus sirasi-
rim. id est cantica canticorum. Sextus
daniel. Septimus dabreianim. qui est
palipominum. Octauus heldras. Nonus
hexter. Omnes ergo fiunt. xxij. libri. Sūt
preterea alij quidam libri. ut sapientia
salomonis. liber iesu filij sirach. et liber
Judith. et tobias. et liber machabeorū.
qui leguntur quidem. sed non scribuntur
in canone.

De triplici ordi- ne noui testamē- ti

Primus or-
do noui testamenti quatuor
or. habet volumina. Ma-
thæi. marci. Luce et Johana-
nis. Secundus similiter quatuor scilicet epi-
stolas pauli numero. xiiij. sub vno vo-
lumine contextas et canonicas episto-
las. Apocalipsim et actus apostolorum.
In tercio ordine primum locum habent
decreta. que canones id est reglæ ap-
pellamus. Deinde sanctorum patrum et
doctorū ecclesie scripta. Ieronimi. Au-
gustini. Gregorij. Ambrosij. Isidori.
Origenis. Bede. et aliorum multorum or-
todoxorū. que tam infinita sunt ut nu-
merari non possunt. Ex quo profecto ap-
paret. quātum in fide christiana seruo-
rem habuerint. p. cuius assertōne tot et
tanta opera memoranda posteris reliq-
runt. Nō nostrā quoque pigritia argui-
tur qui legere non sufficimus que dicta

re illi potuerunt. In hijs autem ordini-
bus maxime vtriusque testamenti apa-
ret cōuenientia. q. sicut post legem pro-
phete et post prophetas a gyro graphi. Ita
post euangelium apostoli et post aposto-
los doctores ordine successerunt. Et mi-
ra quadam diuine dispensationis ratio
actum est. ut cum in singulis plena et p-
fecta veritas constet nulla tamē supflua
sit. Pec breuiter de ordine et numero et
minorum librorū p. strin ximus. ut que si-
bi p. scripta sit materia lector agnoscat.

De autorib' di- uinorum librorū

Quinqz li-
bros legis moyses
scripsit. libri Iosue.
Idem iosue cuius no-
mine inscribitur au-
ctor fuisse creditur. Librum iudicij a sa-
muele editum dicunt. Primam partem
libri samuelis ipse samuel scripsit. sequen-
tia autem vsqz ad calcem dauid. Mala-
chiam ieremias primū in vnu volumen
collegit Nam antea sparsus erat per sin-
gulorum regum historias. Iaias. Je-
remias. Ezechiel. singuli suos libros
fecerunt qui inscripti sunt nominibus eo-
rum. Libri. xij. prophetarum. auctores suorum
nominibus prenotant. quorum nomina
sunt. Ioseph. iohel. amos. abdyas. Ionas.
micheas. naum. abakuk. sophonias. Ileg-
geus. zscharias et malachias. Qui pro-
pterea minores dicuntur. Quia sermo-
nes eorum breues sunt. Vno et vno vo-
lumine comprehendunt. Iaias autem
et Ieremias ezechiel et daniel. Nij qua-
tuor maiores sunt singuli suis volumini-
bus distincti. Librum iob alij moysen.
Alij vnum de prophetis nonnulli ipm scri-
psisse credunt. Librum psalmoz dauid

edidit. Hefdras autem postea psalmos
ita vt nunc sunt ordinati et titulos ad-
didit. Parabulas autem et ecclesiasten et
cantica canticorum salomon composuit.
Daniel sui libri auctor fuit. Liber hefdre
auctoris sui titulo prenotatur. In cuius
textu eiusdem scilicet hefdre, neemie quoque
sermone continentur. Liber hester
hesdras creditur conscripsisse. Liber sapi-
entie apud hebreos nullus est. Non et ipse
titulus grecam magis eloquentiam re-
dolet. Hunc quidam iudei philonis esse
affirmant. Liber ecclesiasticum certissi-
me ihesus filius syrach israelita, nepos
ihesu sacerdotis magni cuius meminit,
zacharias composuit. Sic apud hebre-
os inuenitur, sed inter apocryphos habe-
tur. Judith vero et tobie et libri macha-
beorum, quorum vt testatur Jeronimus,
modus magis grecus esse probatur, qui-
bus auctoribus scripti sunt minime con-
stat.

De bibliotheca.

Bibliotheca a greco nomen ac-
cepit eo quod ibi libri re-
condantur. Nam bi-
bliotheca liber, theca repo-
situs interpretatur. Bibliothecam vete-
ris testamenti hesdras scriba post incen-
sam legem a caldeis, dum iudei regressi
sunt hierusalem diuino afflatus spiritu,
reparauit, cunctaque legis et prophetarum
volumina que fuerant a gentibus corru-
pta correxit. Totumque vetus testamen-
tum in xxij. constituit libros, vt tot libri
essent in lege quot habebantur et littere.
Porro quinque littere duplices apud he-
breos sunt, capb. men. num. phe. sade.
Aliter enim per has scribunt principia
medietateque verborum, Aliter fines,

Unde et quinque libri a plerisque dupli-
ces estimantur, scilicet samuel, malachim, da-
breianim, hesdras, ieremias cum cynnoth
hoc est cum lamentationibus suis.

De interpre- tibus

Interpre-
tationem veteris testa-
menti primam fecerunt
lxx. interpretes, quos
ptolomeus cognomen-
to philadelphus rex egypti, omnis scri-
pture et litterature sagacissimus, phili-
stratum atteniensium tyrannum qui pu-
mus apud grecos bibliothecam instituit
et seleucum nicaronem et alexandrum et
ceteros priores qui sapientie operam de-
derant in studio bibliothecarum emula-
retur non solum gentium scripturas sed
etiam diuinas litteras in suam bibliote-
cam conferens, ita vt lxx. milia librorum
in tempore eius alexandrie inueniretur.
Ab eleazaro pontifice petens scripturas
veteris testamenti in grecam vocem ex
hebraea lingua interpretari fecit. Et sin-
guli in singulis cellis seperati. Ita omnia
per spiritum sanctum interpretati sunt,
vt nichil in alicuius eorum codice inuen-
tum esset quod a ceteris vel in verborum
ordine discreparet propter quod vna
est eorum translatio siue interpretatio.
Sed Jeronimus dicit huic rei non esse
adhibendam fidem. Secundam terti-
am et quartam faciunt aquila simachus et theo-
docius, quorum primus id est aquila iu-
deus fuit, Simachus vero et theodocius
ebyonice heretici. Optinuit tamen vsus
vt post lxx. interpretes eorum ecclesie gre-
corum reciperent exemplaria et legerent.
Quinta est vulgaris cuius auctor igno-
ratur. Unde specialiter sibi vendicauit.

vt quinta appellaretur. sexta 7 septia ori
genis. cuius codices eusebius 7 p̄pbi
lus vulgauerunt. Octaua est Jeronimi
que merito ceteris antefertur. **Pa** 7 **ver**
torum tenatō: est 7 p̄spicitate sentētie
clario.

De autorib' no ui testamenti

Pures
euangelia scripse
runt. sed quidam si
ne spiritu s̄cto ma
gis conati sunt or
nare narratōnem q̄ historie texere ve
ritatem. **Unde** sancti patres docti p̄ spi
ritum sanctum. quatuor tantum in aucto
ritatem receperunt ceteris reprobati. sci
licet **Matthæi. Marci. Luce 7 Johānis.**
ad similitudinem quatuor fluminuz pa
radisi 7 quatuor animalium in ezechiele
Primus matthæus euangelium iuum scri
psit hebraice. **Secundus** marcus grece
scripsit. **Tercius** Lucas inter euangeli
stas greci sermonis eruditissimus quip
pe vt medicus in grecia euangeliuz scri
psit theophilo episcopo. ad quem etiaz
actus apostolorum idem scripsit. **Quar**
tus 7 vltimus Johannes euangelium scri
psit. **Paulus. xiiij.** epistolas scripsit. de
cem ad ecclesias. quatuor ad p̄sonas. vl
timam ad hebreos quam pleriq; nō esse
pauli dicunt. eandemq; alij barnabam.
alij clementem scripsisse suspicantur. **Je**
ronimus tamē hanc esse pauli argumē
tatur. **Canonicę** eplē sunt septem. **Una**
iacobi. Due petri. **Tres** iohannis. **Una**
iude. **Apocalipsim** scripsit iohānes apo
stolus in patbino insula exilio relega
tus.

Quod alia pre ter hec sunt apo cripha

Hij sunt
scriptores diuio
rum libroruz qui
per spiritū sanctū
loquentes ad eru
ditōnem nostraz
p̄cepta viuendi regulamq; scripserunt.
Preter hec alia volumina apocripha nū
cupantur. **Apocripha** autem dicta sunt
id est secreta. quia in dubium veniunt.
Est em̄ eoz occulta origo. nec patz pa
tribus a quibus vsq; ad nos auctoritas
veracium scripturarū certissima 7 notis
sima successione puenit. **In** hīs apocri
phis. 7 si aliqua inueniat veritas. tamen p
pter multa falsa nulla in eis est canonicę
auctoritas que recte iudicantur non esse
eoz credenda quibus ascribunt. **Nam**
multa sub nomibus ap̄b̄tarū 7 recentō
ra sub nomibus ap̄stolorū ab hereticis
p̄feruntur. que omnia sub nomine apo
criphorum auctoritate canonica dilige
ti examinatōne remota sunt.

Ratio de voca bulis diuinorum librorum.

Pentatheu
cus a quinq; voluminib; vi
citur. **Penta** em̄ grece quī
bz **teuc** voluminum vocat. **Genesis** eo

dicat q̄ generatō seculi in eo ptinet. **Ex**
odus ab exitu filiorū israhel de egipto.
Leuiticus eo q̄ leuitaz mīsteria 7 diuer
sitate victimarum exequitur. **Nume**
roraz liber dicitur. eo q̄ in eo egressse tri
bus enumeratur. 7. xlv per heremū man
siones. **Deutrus** verbum grecum est dis
syllabum 7 interpretat secundus 7 non
na lex interpretatur. **Inde** deutronomi
us quasi secunda lex. **Quia** in eo repli
cantur ea que in precedentibus libri dis
fusiis dicta sunt. **In** libro iosue que te
brei iosue bennun dicunt tra pmissiōis
populo diuiditur. **Liber** iudicaz dicitur
est a principibus qui iudicabāt populū
israhel. ante q̄ reges essent in eodem po
pulo. **Hic** quidam cōpīnūt hīstoriam
ruth sub vno volumine. **Liber** samuelis
dicitur est quia natiuitatem eius 7 sacer
dotum gesta describit. **Qui** licet etiam
hīstoriam saul 7 dauid cōtineat. vtriq̄
tamen ad samuel referuntur quia vixit
vtrūq̄. **Malach** hebraice. latine interp
tatur regaz. **Inde** dicitur est malachim.
p̄ eo q̄ reges iude 7 israhelīte gentis co
rumq̄ gesta p̄ ordinem describit. **Isaias**
pocius euangelīsta q̄ p̄pheta libri sui
edidit. cuius omnis textus eloquētie p̄
sa incedit. **Canticum** vero ex metro 7 p̄
tametro versu discurret. **Jeremias** simi
liter edidit librum suū cum trennis eius
quas non lamentatōes vocamus. eo q̄
in tristioribus rebus sc̄z funeribus adhi
beantur. **In** quibus quadruplex diuer
so modo composuit alphabetum. quoꝝ
duo prima quasi Saphico metro scri
pta sunt. quia tres versiculos qui sibi in
uicem iuncti sunt 7 ab vna tamen littera
incipiunt heroiacum coma cōdudū. **Ter**
cium alphabetum trimetro scriptum est
7 a tribus litteris idem tamen versus in
cipiunt. **Quartum** alphabetum sile pri
mo 7 secundo habetur. **Ezechiel** princi
pium et finem obscuriora habet. vnum
volumen. xij. p̄phetarum. 7 principia et
fines 7 liber iob. prosaica oratōne con
texta sunt. **Media** autē ipsius ab eo lo
co vbi ait. **Per**eat dies in qua natus sum
vsq̄ ad ip̄m locum vbi ait. **Idcirco** ip̄e

me reprehendo 7 ago penitentiam. om
nia herico metro discurrunt. **Psalmo**
rum liber grece psalterium. hebraice na
bala. latine organum dicitur. **Pro** eo au
tem vocatur psalterium quod vno pro
pheta canente ad psalterium chorus cō
sonando responderit. **Dunc** librum quā
doq̄ incisiōibus 7 vno volumine psal
morum comprehendunt. **Psalmos** da
uid composuit. sed hezdras ordinauit.
Omnes autem lamentatōnes **Jeremie**
7 psalmi 7 omnia fere scripturarum can
tica apud hebreos metricē composita sūt
vt testantur **Jeronimus**. **Origenes**. **io**
sephus. 7 **eusebius cesariensis**. **Quaz** mo
re romani flacci 7 greci pidari. **Quē** ali
iambō currunt. **Quē** ali 3 ap̄biro nitēt.
trimetro 7 tetrametro incedentes. **Tri**
bus nomibus vocatum esse salomōnez
manifestissime scriptura docet. **Ytidam**
id est dilectum dominū. quia eum dile
xit dominus. **Et** celeth id est ecclesiastē.
Ecclesiastes autem greco nomine appel
latur. qui cecum id est ecclesiaz p̄gregat
quem non possumus appellare concōna
tozem. quia loquitur non ad vnu. s̄z ad
totam simul contōnem populū. **Porro**
pacificus vocatus est. eo q̄ in regno ei
pax fuerat. **Is** itaq̄ iuxta numerū vo
cabulorum tria edidit volumina. **Pri**
imum quod hebraice massoth. **Grece**
parabole. **Latine** proueria inscribitur.
eo q̄ in ip̄o sub comparatua similitudine
figuras verborum 7 ymagines veritatis
ostenderit. que videlicet parabole in fi
ne ab eo loco vbi ait. **Quis** inueniet
quis inueniet. **Alphabeto** textitur sicut
lamentatōnes ieremie. 7 cetera quedaz
scripture cantica. **Secūm** qui hebraice ce
leth. grece ecclesiastes. latine concōna
tor dicitur. **Eo** q̄ sermo eius non specia
liter ad vnum sicut in prouerbis. s̄z ad
diuersos generaliter quasi ad totū con
tōnem 7 ecclesiam dirigatur. **Tercium**
siralim. id est cantica canticorū quod
quasi epitalamiz id est carmen nuptia
le christi 7 ecclesie. **In** prouerbis paruu
lum docet. 7 quali de officijs per sententi
as erudit. **Unde** 7 ad filium eius crebre
l 2

sermo repetitur. In ecclesiastice ho mature etatis instruit. ne quit quā in mundi rebus. putet esse perpetuum. sed caduca 7 breuia vniuersa que cernimus. ad extremam consumatum iam virū 7 calcato seculo preparatum. in canticis canticorum sponse iungit amplexibus. hanc procul ab hoc ordine doctrinarū 7 philosophi suos sectatores erudiunt vt primum ethicam doceant. Deinde pblicā interpretetur. 7 quem in hijs profecisse perspexerint vsq; ad theologiam producant. Daniel apud hebreos non inter prophetas. sed inter agiographos habetur. Decim. lxx. interpretes catholica non legit ecclesia. eo q̄ multum a veritate viscoridet. Daniel maxime 7 hesdras propheta. 7 vna pars ieremie. hebraicū quidem litteris. sed caldaico sermone cōscripti sunt. Job quoq; cum arabica lingua plurimam habet societate. Daniel apud hebreos nec susanne habet historiaz. nec ymptum trium puerorum. nec belli draconisq; fabulam. Paralipomenon grece dicitur quod nos pretermisiorū vel reliquiorū dicere possumus. Quia ea que in lege vel regum scriptis. vel omīssa vel non plene relata sunt. in isto summatim ac breuiter explicantur. Dictebraice debraianum dicitur. quod interpretatur verba dierum quod significatius cronicon totius diuine historie possumus appellare. Liber hesdre vnus est. in quo eiusdem hesdre neemieq; sermones sub vno volumine continentur. Secundus tertius 7 quartus ypoctisi sunt. Liber qui sapientia salomonis inscribitur. Ideo sapientia vocatur. quia in eo christi aduentus qui est sapientia patris 7 passio eius euidenter exprimitur. Liber hiesu filij syrach Ideo ecclesiasticus dicitur. quia de totius ecclesie disciplina religioseq; conuersatōis magna cura et ratione sit editus. De hijs duobus. Teronimus sic dicit Fertur panarethos iesu filij syrach liber. Et alius pseudographus qui sapientia inscribitur. quorum priorum hebraicum reperi non ecclesiasticum. vt apud latinos. sed paratolas

annotatum. cui iuncti erant ecclesiastes. 7 cantica canticorum. vt similitudinē salomonis. non solum librorum numero. sed etiam materiarum genere coequarent. Secundus apud hebreos nusquam est. quia 7 ipse stilus grecam eloquentiam redolet. 7 nonnulli scriptorum veterum hunc esse philonis iudei affirmant. Sicut ergo iudith 7 thobie 7 machabeorū libros. legit quidem ecclesia. sed inter canonicas scripturas eos non recipit. sic hec duo volumina legit ad edificatōem plebis. non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandaz. Quorum ergo. xxij. elementa sunt. per que hebraice scribimus omne quod loquimur 7 eorum initijs vox humana comprehenditur. Ita. xxij. volumina supputant quibus quasi literis 7 exordijs in dei doctrina tenera adhuc 7 lactans viri iusti. eruditur infantia. Quidam historiam ruth 7 lamentatōes ieremie seorsum per se inter agiographa pputantes. et hos duos. viginti duobus precedentibus veteris legis. libros anumerant. sub figura 7 numero. xxiiij. sermorum. q̄ in apocalipsi agnum q̄dorant.

De nouo testamento.

Sicut omnis scriptura veteris testamenti large lex appellari potest. specialiter tamen quinq; libri moysi dicuntur lex Ita generalitē totū nouū

testamentum euangelium di. i. potest.
Sed tamen specialiter illa quatuor vo-
lumina. Mathei. Marci. Luce 7 ioban-
nis. in quibus facta 7 dicta saluatori pla-
ne explicantur. euangelium nuncupari
meruerunt. Euangelium interpretatur
bonum nuncians. quia eterna b'ca pro-
mittit. non terrenam felicitatem. vt ve-
tus testamentum fm litteram intellectū

De canoni- bus euange- liorum.

Quoniam nonnes
euangeliorum armo-
nius alexandrie pri-
mus excogitauit. quē
postea eusebius cesa-
riensis secutus plenius exposuit. q̄ ideo
facti sunt vt per eos inuenire scire pos-
sumus. qui reliquorum euangelistarum
similia aut propria dixerunt. Sunt au-
tem numero decem quorum primus cō-
tinet numeros in quibus quatuor eadē
dixerunt. matheus. marcus lucas 7 Jo-
hannes. Secundus in quibus tres. ma-
theus. marcus lucas. Tertius in quibus
tres. matheus Lucas 7 iobānes. Quar-
tus in quibus tres. Matheus Marcus
Iohannes. Quintus in quibus tres mar-
cus. Lucas Iohannes. Sextus in qui-
bus duo. Matheus. Marcus. Septi-
mus in quibus duo. Matheus Lucas.
Octauus in quibus duo Matheus Jo-
hannes. Nonus in quibus duo Lucas
Iohannes. Decimus in quibus singuli.
eorum quedam propria dixerūt. Quo-
rum expositio hec est per singulos euan-

gelistas numerus quidam capitulis af-
fixus adiacet quibus numeris subdita
est area. quedam numero notata que in-
dicat in quoto canone positus sit nume-
rus cui subiecta est area. Verbi gratia.
Si est area prima in primo canone. si se-
cunda in secundo. si tertia in tercio. et sic
per ordinem vsqz ad decimum puenies.
Si ergo aperte quolibet euangelio pla-
cuerit scire qui reliquorum euangelista-
rum similia dixerint. assume adiacen-
tem numerum capituli 7 requires ipsius
numerum in suo canone quem indicat.
Ibiqz inuenies qui 7 quid dixerint. Et
ita demum in corpore inquisita loca que
ex ipsis numeris indicantur per singula
euangelia. de eisdem dixisse inuenies.

De canoni- bus conciliorum.

Quoniam non aut
grece latine regula dicitur.
Regula autem dicitur
est quod recte dicitur nec
aliquando aliorum tra-
hit. Alij dixerunt regulam dicitur.
vel quod recte viuendi normam prebeat. vel
quod regat. vel quod distortum prauū
qz quid corrigat. Canones autem gene-
ralium conciliorum a temporibus pstan-
tini ceperunt. In precedentibus namqz
annis persecutōne seruente docendarū
p'ebium copiam minime dabatur. In-
de christianitas in diuersas hereses fissa ē
Quia non erat licentia episcopis i vni
conuenire. nisi tempore supra dixi imper-
ratoris. Ipe enim dedit facultatem chri-
13

Manis libere congregari. Sub hoc sancti patres in concilio niceno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta euangelicam et apostolicam traditionem. secundum apostolos symbolum tradiderunt.

De quatuor principalibus conciliis.

Inter cetera autem concilia quatuor venerabiles esse synodos. que totam principaliter fide complectantur quasi euangelia quatuor vel totidem paradisi flumina constat. Harum prima nicena synodus. cccc. xviij. episcoporum constantino augusto imperante facta est. in qua arriane perfidie condempnata est blasphemia. quam de inqualitate sancte trinitatis idem arrianus assererat. et substantialem deo patri dei filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit. Secunda synodus. c. l. presbiterorum sub theodosio seniore constantinopoli congregata est. que macedonium spiritum sanctum deum esse negantem condempnans. consubstantialē patri et filio spiritum sanctum demonstrauit. Dans symboli formam. quam tota grecorum et latinorum confessio in ecclesiis predicat. Tercia synodus ephesina prima. cccc. episcoporum sub iunio theodosio augusto edita est. que nestorium uisum in christo asserentem personas iusto anathemate condempnauit. Ostendens in duabus naturis unam domini hiesu christi personam. Quarta synodus calci-

donensis de. xxx. sacerdotum sub marciiano principe habita est. In qua eutice constantinopolitanum abbatem. uerbi dei et carnis unam naturam pronunciatem et eius defensorem alexandrinum episcopum. et ipsum rursus nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia damnauit. predicans eadem synodus christum deum sic natum de uirgine. ut in eo substantiam et diuine et humane consiteamur nature. Hec sunt quatuor synodi principales. fidei doctrinam plenissime predicantes. Sed et reliqua sunt concilia. que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt. post istorum quatuor auctoritatem. omni manent stabilitate vigore quorum in hoc opere continentur gesta condita. Concilij uero nomen tractum est ex more romano. Tempe enim quo cause agebantur conueniebant omnes in unum. comunicque intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum quasi consilium. c. in. s. transiit. Cetus uero conuentus est uel congregatio a coeundo. id est a conueniendo in unum. Unde et conuentus est nuncupatus cetus uel concilium a societate multorum in unum. Epistola grece. missa interpretatur latine. Epistole canonice id est regulares. que etiam dicuntur catholice id est uniuersales. quia non uni tantum populo uel ciuitati. sed uniuersis gentibus generaliter sunt scripte. Actus apostolorum primordia fidei christiane in gentibus et nascentis ecclesie historiam digerunt. Et apostolorum gesta narrant. Unde et actus apostolorum uocantur. Apocalipsis de greco reuelatio interpretatur. Juxta quod ipse iohannes uicit. Apocalipsis iesu christi quas dedit illi palam facere seruo suo iohanni.

arriane perfidie

macedonium

nestorium

calcedonensis

Qui bibliote- cas fecerunt.

Hud nos

pamphilus martir. cui
vitam eusebius cesari-
ensis conscripsit. Bibli-
stratum in sacre biblio-
tece studio ad equare contendit. Sic ei
in bibliotheca sua .xxx. milia volu-
minum habuit. Jeronimus quoque et ge-
nodius ecclesiasticos scriptores. toto or-
be querentes ordine profecuti sunt. eorum
que studia in vno voluminis rudicio co-
prehenderunt.

Quorum scri- pture sunt autē tice

E nostris

apud grecos origenes i
scripturarum labore tam
grecos que latinos operū
suorum numero superavit.
Denique ieronimus sex milia librorū ei
legisse fertur. Horum tamen omnium stu-
dia augustinus ingenio suo seu scientia
vicit. Nam tanta scripsit. vt diebus ac
noctibus non solum scribere libros eius
quisquaz. sed nec legere sufficeret. Scri-
pserunt et alij viri catholici multa et insi-
gnia opa. Anastasius alexandrinus epi-
scopus. Hilarius pictaviensis episcopus

Blasius capadocenus episcopus. Gre-
gorius thologus et ambrosius mediola-
nensis episcopus. Et gregorius nazare-
nus episcopus. Theophilus alexandri-
nus episcopus. Iohannes constantino-
politanus episcopus. Cirillus alexandri-
nus episcopus. Leo papa proculus. ysi-
derus ispalensis. Beda. ciprianus mar-
tir et cartaginensis episcopus. Hieroni-
mus presbiter. Origenes. cuius scripta
nec omnino refutat ecclesia nec omnia
recipit. Sedulus. prudencius. lactā-
orator et ruffinus. multos libros edidit.
et interpretatus est quasdam scripturas
Sed quoniam beatus Jeronimus i ali-
quibus eius de arbitrii libertate notavit
illa sentire debemus que Jeronimus. De
lagius etiam fecit libros quinqz aduer-
sus nestorium et euticen. et tractat in mo-
dum ambrosij. Item duos libros fecit.
et sacramentorum prestatōnes et oratio-
nes et epistolas fidei. Dionisius ariopa-
gita episcopus ordinatus conthionuz
multa ingenij sui volumina reliquit.
Ite cronica eusebij cesariensis atqz eius-
dem historie ecclesiastice libros. Quis i
principio narratōnis sue libro tepuerit
et post in laudibus origenis atqz excusa-
tione salmatici vnum conscripsit librum
propter rerum tamen singularem noti-
ciam. que ad instructōnem pertinet. non
vsqz quaqz ecclesia refutat. Cassiodo-
quoque in explanatōne psalmodum satis
vtilē opus scripsit. Sunt et aduc alij quo-
rum nomina hic taceo.

Que scriptu- re sint apocri- phe.

Cinera

Irium nomine petri apostoli quod appellatur sancti dementis libri. viij. apocriphi. Actus nomine andree apostoli apocriphi. Actus nomine thome apostoli apocriphi. Evangelia nomine thadei apostoli apocriphi. Evangelia nomine barnabe apostoli apocriphi. Evangelia nomine thome apostoli apocriphi. Evangelia que falsificat lucianus apocriphi. Evangelia que falsificat iacius apocriphi. Liber de infantia saluatoris apocriphi. Liber qui appellatur passus apocriphi. Libri omnes quos fecit seleucius discipulus dyaboli apocriphi. Liber qui appellatur fundamentum apocriphi. Liber qui appellatur thesaurus apocriphi. Liber qui est de filiabus ade apocriphi. Centimetrum de christo virgilianis versibus compaginatum apocriphi. Liber qui appellatur actus tede et pauli apocriphi. Liber qui appellatur nepotis apocriphi. Liber puerbiorum ab hereticis conscriptus et sub sexti nomine assignatus apocriphi. Revelatio que appellatur pauli apocriphi. Revelatio que appellatur thome apostoli apocriphi. Revelatio que appellatur stephani apocriphi. Liber qui appellatur transitus sancte marie apocriphi. Liber qui appellatur penitentia adam apocriphi. Liber diogenis nomine gigantis qui post diluuium cum dracone pugnasse ab hereticis dicitur apocriphi. Liber qui appellatur testamentum iob apocriphi. Liber qui appellatur penitentia origenis apocriphi. Liber qui appellatur penitentia cipriani apocriphi. Liber qui appellatur iane et mambre apocriphi. Liber qui appellatur sois apostolorum apocriphi. Liber iusan. Liber canonum apostolorum apocriphi. Liber pbiologus ab hereticis conscriptus et beati ambrosij nomine presignatus apocriphi. Historia eusebij paphili apocriphi. Opuscula tuscilini siue affricani apocriphi. Opuscula postimiani et galli apocriphi. Opuscula montani et pristille et maximille apo-

cri. Omnia opuscula fausti manichei apocriphi. Opuscula alterius dementis alexandri apocriphi. Opuscula cassiani presbiteri galliarum apocriphi. Opuscula victorini pictaviensis apocriphi. Opuscula frumentij apocriphi. Epistola iesu ad agabarum apocriphi. Epistola fausti Reginei galliarum Epistola frumentij apocriphi. Passio cynti et Julite apocriphi. Passio georgij apocriphi. Scripta que appellantur salomonis traditio apocriphi. Philacteria omnia que non ab angelo. ut illi configunt. sed magis a demone scripta sunt apocriphi. Dec et hijs similia que symon magus. Nicolaus dextrinus. Marcianus. Basilides. ebi on Paulus. Zamozenus. Photinus et tonosius. qui simili errore defecerunt. Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus. Hippolentis. Valentinus siue manicheus. Sabelius. arrius. Macedonius. Eunomius. Novatus. Sabaci. Calix. Donatus et Eustachius. Nubianus. Pellagius. Julianus. et Laecius. Celestinus. Maximianus. Priscillianus ab hispania. Lampadius. Dyostorus. Euticius. Petrus. et alius petrus. Equibus vnus alexandriam. Alii antiochiam macularunt. Helvadius constantinopolitanus cum consortibus suis. nec non et omnes hereses. quas ipsi eorumque dissimili siue scismatica docuerunt vel scripserunt quorum nomina minime retinemus non solum repudiata. verum etiam ab omni catholica et romana ecclesia eliminata. atque cum suis auctoribus. auctorumque sequacibus sub anathematis in dissolubili vinculo in eternum confutem esse dampnata.

Ethimologie quedaz ad lectō nem pertinen tium.

Glosa grecuz est. Et interpretat lingua
quia quodammodo loquitur significa
tōnem subiecte dictōnis. Hanc philo
sophi aduerbium dicunt. Quia vocem
illam de cuius re queritur vno et singla
ri verbo designatur. verbi gratia. vt con
tinescere est tacere.

Codex mul
torum librorum est. Liber
vni^o voluminis. Et dicitur
codex per translatōnem a
corticibus arborum. quasi caudex. quod
ex se multitudinem librorum quasi ra
morum contineat. Volumen dicitur a
voluendo. Liber est interior cortex ar
boris. In quo antiqui ante vsu carte
vel membranarum scribere solebant. **D**icitur
et scriptores liberarios vocabant. Inde
dicitur est liber volumen. **S**ceda cuius
diminutiuum est cedula grecuz nomen
est. Et dicitur sceda proprie qd ad hoc
emendatur. et nec vum in libri redactum
est. Cartarum vsus primam apud mem
phi ciuitates egypti inuentus est. **D**icta
autem carta quod carpti papiri tegimē
decarptum glutinatur. Et sic carta con
ficiatur. Cuius genera plura sunt. **P**erga
menum dicitur a pergamis vbi est inue
tum. **D**icitur autem membrana. qz ex mē
bris detrahatur. **F**iebant primum mem
brana lutei coloris. **P**ostea rome candi
da membrana reperta est. **O**melia dicitur
quasi sermo popularis sic vbi verbū sit
ad populum. **T**ractatus est vni^o rei mul
tiplex compositō. **D**ialogus est collatō
duorum vel plurimorum quez latini ser
monem dicunt. **S**ermo autem dicitur
quia fertur inter vtrūqz. **C**omentaria
dicta quasi cum mente. vel a cominiscor
Sunt enim interpretatōnes. vel cōmen
taria iuris vel euangelium dicunt qui
dam commenta appellanda gentiliuz li
brorum. **E**xpositōnes autem diuinouz

ExPLICIT quar
tus **I**ncipit qui
tus didascalico
hugonis. liber de
quibusdam sacre
scripture ppri
etatibus. et mo
do legendi.

Non de :
bet onerosū esse stu-
dioſo lectori q̄ tam
varie multipliciq̄
numerum ⁊ ordinē
⁊ vocabula diuinorū librorū tractam⁹
Quia ſepe accidit vt hec minima ignora-
ta. magnarum rerū ⁊ vtilium noticiā ob-
ſcurent. Quia p̄pter ſemel ſe expediat le-
ctor. vt in hijs quaſi quibusdam clauſul-
prima frōte reſeruato libero grefſu. poſ-
ſit inde p̄poſitum iter currere. De in ſin-
gulis libris noua rudimenta q̄rere oportet
hijs ergo expeditis. Peinceps cete-
ra que ad p̄poſitum opus valere vide-
buntur tractabimus.

De triplici itel- ligentia

Primo om-
nium ſciendum eſt. q̄ di-
uina ſcripta triplicē ha-
bet modum intelligendi
ſc̄z hiſtoriam allegoriam tropologiam. Sane
non omnia que in diuino reperiunt elo-
quio ad hanc intorquenda ſunt interp-
tationem. vt ſingula hiſtoriam allegoriam
⁊ tropologiam ſimul continere credunt
Quia ⁊ ſi in multis congrue assignari poſ-
ſit. vbiq̄ tamen obſeruare aut diſſicile
eſt aut impoſſibile. Sicut enim in citarij
⁊ huiſcemodi organo muſicis. nō qui-
dem omnia que tanguntur canorū ali-
quid reſonant. ſed tantum corde citere.
tamen in toto cythare corpe. ideo facte
ſunt. vt eſſet vbi p̄necterent. ⁊ quo tēde-
rentur il'la que ad cantilene ſuauiſſimam
modulaturus eſt artifex. Ita in diuinis

eloquijs quedam poſita ſunt. que tantū
ſpiritualiter intelligi volunt. quedā ve-
ro morum grauitati reſeruiunt. Quedā
etiam ſim̄ ſimplicem ſenſum hiſtorie di-
cta ſunt. Nonnulla autem que ⁊ hiſtori-
ce conuenienter exponi poſſunt. Vnde
modo mirabili omnis diuina ſcriptura
Ita p̄ dei ſapientiam p̄uenienter ſuis p-
tibus aptata atq̄ diſpoſita ē. vt q̄dā in
ea continetur. aut vice cordarum ſpi-
ritualis intelligentie ſuauiſſimam perſonet
aut per hiſtorie ſeriem ⁊ littere ſolidita-
tem miſteriorum dicta in vnum conne-
ctens. ad modū ligni p̄cavi ſup exteſas
cordas ſil' copulet. earumq̄ ſonum reci-
piens in ſe dulcōrem auribus referat.
quem non ſolum corda edidit. ſed et li-
gnum modulo corporis ſui formauit.
Sic ⁊ mel in fauo gratus. Et quicquid
maiori exercicio queritur maiori etiam
deſiderio inuenitur. oportet ergo ſic tra-
ctare diuinam ſcripturam. vt nec vbiq̄
hiſtoriam. nec vbiq̄ allegoriam. Nec
vbiq̄ queramus tropologiam. ſed ſin-
gula in ſuis locis. prout ratio poſtulat cō-
petenter assignare. Sape tamen in vna
eademq̄ littera omnia ſimul repiri poſ-
ſunt. vt hiſtorie veritas et miſticam ali-
quid per allegoriam inſinuet. Et quid
agendum ſit. pariter per tropologia de-
monſtretur.

Quod res et am ſignificent in diuina ſcri- ptura.

Sciendum

Sciendum est etiam quod in diuino eloquio non tantum verba sed etiam res significare habent. qui modus non a deo in scripturis inueniri solet. philosophus solam non ut vocum significacionem. Sed excellentior est valde rerum significatio quam vocum. quia hanc usus instituit. Illam natura dictauit. Hec hominum vox est. illa vox dei ad homines. hec prolata perit illa creata subsistit. Vox tenuis est nota sensuum. res diuine rationis est simulacrum. Ergo sonus oris qui simul subsistere incipit et desinit ad rationem mentis est. hoc omne spacium temporis ad eternitatem. Ratio mentis intrinsecum verbum est quod sono vocis. id est verbo extrinsecum manifestatur. et diuina sapientia quam de corde suo pater eructauit in se inuisibilis. per creaturas et in creaturis agnoscitur. Ex quo nimirum colligitur quod profunda in sacris litteris requirenda sit intelligentia. vbi per vocem ad intellectum per intellectum ad rationem. per rationem peruenitur ad veritatem. Quod dum quidam minus docti non considerant. Nullam in eis esse subtilitatem estimant. vbi exerceri possint ingenia. Et ob hoc ad scripturas philosophorum se transferunt. Quia profecto nihil aliud ibi conspiciunt nisi solam littere superficiem. virtutes veritatis ignorantes. Quae autem rerum significacione sacra vtantur eloquia. breui quodam et aperto demonstrabimus exemplo. Dicit scriptura. Vigilate quia aduersarius dyabolus tanquam leo rugiens arcuit quem renem quem deuoret. Nisi dixeris leonem significare dyabolum. non vocem sed rem intelligere debemus. Si enim due hee voces dyabolus et leo vnam et eandem rem significant incompetens est similitudo rei ad seipsum. Restat ergo vt hec vox leo animal ipsum significet. animal vero dyabolus. Et ad hunc modum cetera omnia accipienda sunt. vt cum dicimus. venenatum vitulum lapidem. et alia huiusmodi cri-

stam significare.

De septem regulis sacre scripture

Illud quoque diligenter attendendum est quod septem esse inter ceteras regulas diuinarum scripturarum locutionis regulas quidam sapientes dixerunt.

Prima regula est de domino et eius corpore quod de vno aut ad vnum loquitur atque in vna persona modo caput. modo corpus ostendit. sic ysaias ait. Induit me dominus vestimento quasi sponsum decoratum. et quasi sponsam ornatum monilibus suis. In vna enim persona duplici vocabulo nominata. et caput id est sponsus. et ecclesiam. i. sponsam manifestauit. Proinde notandum est in scripturis. quando specialiter caput scribitur quando et caput et corpus. aut quando ex vtroque traheatur ad vtrumque. aut ab altero ad alterum. sicque quod capiti quod corpori pertinet. prudens lector intelligat.

Secunda regula.

est de domini corpore vero et permixto. Nam videtur conuenire vni persone. quod tamen non est vnius vt illud. Quia er meus es tu. israel ecce delemi vt nubem iniquitates tuas. et sicut nebulam peccata tua. conuertere ad me et redimam te. Hoc ad vnum non congruit. Nam altera pars est cui peccata delentur. et cui dicit.

Cursus

|| Et peruenit hinc

|| c

puer meus es tu. Et altera cui dicit. Cō-
uertere ad me et redimam te. qui si puer
tantur peccata eorum delentur. Per hanc
enim regulam sic ad omnes loquitur scri-
ptura. ut boni redarguantur cum malis
et mali laudentur cum bonis. Sed quid
ad quem pertineat qui prudenter legerit
discet.

Tercia regula.

est de littera et spiritu. id est de lege et gra-
tia. Lege per quas precepta faciēda am-
mouentur. Gratia per quam iuuamur.
ut operemur. vel quod lex non tantum histo-
rice. sed etiam spiritualiter sentiēda et
tenēda sit. Quas et historie oportet fi-
dem tenere et spiritualiter legem intelli-
gere.

Quarta regula

est de specie et genere. Per quam pars pro
toto et totum pro parte accipitur. Delu-
ti si uni populo et ciuitati loquitur deus
et tamen intelligatur omnem continge-
re mundum. Nam licet aduersus vnam
ciuitatem babiloniam per ysaiam pro-
phetam dominus cominetur. tamen dicitur
contra eam loquitur transit ad gentes de
specie et conuertit contra mundum sermonem
Certe si non diceret aduersus vniuersum
orbem. non adderet infra generaliter. et
disperdam omnem terram et congrega-
bo super eos mala. et cetera que secuntur
ad interpretatōnem mundi pertinentia
Unde et adicit. Hoc est consiliū. quod
cogitavi super omnem terram. et hec est
manus extensa super omnes gentes. Itē
postquam sub persona babilonie arguit vni-
uersum mundum. rursus ad eandem qua-
si de genere ad speciem reuertitur domi-
nus. quod eidem ciuitati specialiter contige-
runt. Ecce ergo suscitabo super omnes me-
dos. Nam balthasar regnante. obtenta
est a medis babilonia. Sic ex persona
vnius egypti totum vult intelligere mun-
dum dicendo. Et concurrere faciām egi-

ptios. regnum aduersus regnum. Cum
egyptus non multa regna sed vnum de-
scribatur habuisse regnum.

Quinta regula

est de partibus per quam aut maxima pars
temporis per partem minoris inducitur.
Sicut pars minima temporis. per partes
maiores intelligitur. Sic est de triduo
dominice sepulture. dum nec tribus die-
bus plenis nec noctibus iacuerit in sepul-
cro. sed tamen a parte totum triduum ac-
cipitur. Vel sicut illud quod quadringē-
tis annis predixerat deus filiis israhel
seruituros in egipto. et sic inde egressu-
ros. qui tamen dominante ioseph in egi-
pto dominati sunt. nisi statim post. cccc.
annos egressi sunt. ut fuerat repromissum
sed. cccc. xxx. pactis ab egipto recesserunt
Est et alia de temporibus figura. per quas
quedam que futura sunt quasi iam facta
sunt narrantur. ut est illud. Foderunt ma-
nus meas et pedes meos et dinumerauit
runt omnia ossa mea et diuiserunt sibi ve-
stem meam. et hijs similia. In quibus fu-
tura tamquam iam facta sunt ita narrantur. Sed
cur quod aduc faciēda erant iam facta dicuntur. Quia
ea que nobis futura sunt apud dei eter-
nitatem iam facta sunt. Quapropter quā-
do aliquid faciendum esse pronunciat.
secundum nos dicitur. Quando vero quod futu-
ra sunt iam facta dicuntur secundum dei eter-
nitatem accipiēda sunt. apud que iam
facta sunt que futura sunt.

Sexta regula

est de recapitulatōne. Recapitulatō est
cum scriptura redit ad illud cuius nar-
ratō iam transierat. Sicut cum filios fi-
liorum noe scriptura iam commemorat
set. dixit illos fuisse in linguis et gentibus
suis. Et tamen postea quasi hoc etiam or-
dine temporum requiritur. Erat inquit
omnis terra labrum vnum. et vox vna
omnibus erat. Quomodo ergo secundum su-
as gentes et suas linguas erant. Si vna

lingus erat omnibus. Nisi quia ad illud
quod iam trāsierat reuerſa eſt narratō.

Septima regu:

la eſt de dyabolo ⁊ eius corpore. qua ſe-
pe dicuntur ipſius capitis que ſuo mag-
conueniunt corpori. Sepe vero vident
eius membrorum dicta ⁊ non niſi capi-
ti cōgruunt. Ex nomine quippe corporis
intelligitur caput. vt eſt illud in euange-
lio. De zizanijſ tritico admixtis dicere
domino. Inimicus homo hoc fecit. Do-
minem ipſum dyabolū vocat. ⁊ ex noie
corporis caput delignat. Item ex nomi-
ne capitis ſignificatur corpus ſic in euā-
gelio. Duodecim vos elegi. et vnus ex
vobis dyabolus eſt. Iudam vtique indi-
cans. quia corpus dyaboli fuit. Apoſto-
ta quippe angelus omnium caput eſt ini-
quorum. Et huius capitis corpus ſunt
omnes iniqui. Sicque cum membris ſuis
vnus eſt. vt ſepe quod corporis eius vi-
citur ad eum potius referatur. Rurſum
quod illi attribuitur ad membra ipſius re-
ruetur. Sicut in yſaia. vbi dum contra
babiloniam. hoc eſt contra dyaboli cor-
pus multa dixiſſet ſermo prophetice. Rur-
ſus ad caput id eſt dyabolū oracii ſen-
tentia deriuat dominus. Quomodo ce-
cidisti lucifer qui mane oriebaris ꝛc.

Quid ſtudiū impediat.

Distquam
certam materiā ſcripſi-
mus lectori. ⁊ eas ſcriptu-
ras que ad diuinam ſci-
entia pertinet lectōnem. ſuis nominib⁹

affignando determinauimus. Coſequē-
videtur vt etiam de modo ⁊ ordine legē-
di aliquid dicamus. Quatenus ex hijs
que dicta ſunt agnoſcat. Cui rei ſtudiū
impendere debeat. Et hijs vero que dicen-
da ſunt eiſdem ſtudiū modum ⁊ ratio-
accipiat. Quia vero ſacilius quid agen-
dum ſit intelligimus ſi prius quod non
ſit faciendum agnouerimus. Inſtruen-
dum eſt primum quid cauere debeat. ac
deinde informand⁹ quicquid ea que ſunt agenda
pſiciat. Dicendū quoque quid ſit. quod ex
tanta turba diſcentium quorum multi et in-
genio pollent ⁊ vigēt exercitiō. Tā pau-
ci inueniant quibus ad ſcientiā peruent
re contingat. ⁊ vt de illis taceam qui na-
turaliter ſunt ebretes ⁊ tardi ad intelligē-
dum. Hoc maxime mouet ⁊ dignū que-
ſtione videt. vnde hoc accidat quod duo pa-
ri ingenio ⁊ equali ſtudio vni lectōni in-
tendunt. nec tamen ſimili effectu eius in-
telligentiam pſeuntur. Alter cito pene-
trat. Cito quod querit apprehendit. Al-
ter diu laborat ⁊ parum perficit. Sed ſien-
dum eſt quod in quolibet negotio duo ſunt
neceſſaria. Opus videlicet ⁊ ratio. operi
que ita ſibi cōnexa ſunt. vt alterum ſine
altero. aut inutile ſit aut minus efficax.
Perūtamen vt videt. Melior eſt pruden-
tia fortitudine. Quia ⁊ pondera aliqua
do que viribus mouere non poſſumus.
arte leuamus. Sic nimirum eſt in omni
ſtudio qui ſine diſcretōne operat labo-
rat quidem. ſed non perficit. ⁊ quaſi aerē
vberis cineres in ventū ſūdū. Ipſe du-
os ſilvam pariter tranſeuntē. ⁊ hūc qui-
dem per deuia laborantem. Illū vero re-
cti itineris compendia legētē. pari mo-
tu curſum tendunt. ſed non eque perueni-
unt. Quid autem ſcripturam dixerim.
niſi ſilvam. cuius ſententijs quaſi fruct⁹
quosdam dulciſſimos legendo carpin⁹
tractando ruminamus. Qui ergo in tā-
ta multitudine librorum legendi modū
⁊ ordinez nō cuſtodit. qſi in deſitate ſal-
tus oberrans. tramitem recti itineris p-
dit. Et ſicut dicitur Semper diſcentes.
⁊ nunquā ad ſcientiam peruenientes. tan-
tum enim valet diſcretō. vt ſine ipſa et

m

omne odium turpe sit et labor inutilis. ut
autem vniuersaliter complectamur. tria
sunt que precipue studijs legentium ob
esse solent. Negligentia. Imprudentia.
Fortuna. Negligentia est quando ea que
discenda sunt. vel prolixius pretermitti
mus vel minus studiose discimus. Im
prudencia est quando congruum ordi
nem et modum in hijs que discimus non
seruamus. Fortuna est in euentu et casu. siue
naturaliter continget. siue paupertate vel infir
mitate vel naturali tarditate. siue docto
rum raritate. Quia aut non inueniuntur
qui doceant aut qui bene doceant. aut a
proposito nostro retrahamur. In hijs
autem tribus de primo id est de negligē
tia lector admonendus est. De secundo
vero id est de imprudentia instruendus.
De tercio autem id est fortuna adiuuandus.

Quis sit fru ctus diuine itel ligentie

Quisquis
ad diuinam lectionem
erudiendus accesserit.
Primum qualis sit fru
ctus eius agnoscat. ni
hil enim sine causa debet appeti. nec de
sideris trahit. quod utilitatem non pro
mittit. Geminus est diuine lectionis fru
ctus. quia mentem vel scientiam erudit.
vel moribus ornatur. docet quod scire de

lectat. et quod imitari expediat. quorum
alterum. id est scientia magis ad histo
riam respicit et ad allegoriam alterum.
id est instructio morum magis ad tropo
logiam spectat. Omnis diuina scriptu
ra refertur ad hunc finem. Sane quis
expediat magis instum esse quam sapientem
Scio tamen plures in studio sacri elo
quij sapientiam magis querere quam vir
tutem. Ego autem quoniam neutrum im
probandum. sed utrumque laudabile et
necessarium esse censeo. quid cuiusque in
tentioni compedit. paucis absoluam. et
primum quidem de eo qui immortalita
tis gratiam amplectitur expediam.

De exemplo et doctrina

Qui virtū
tum noticiam et for
mam viuendi in sacro
querit eloquio. hos li
bros magis eligere de
bet qui huius mundi contemptum sua
dent. et animum ad amorem conditoris
sui accendant. rectumque tramitem docent.
qualiterque virtutes acquirunt et vicia de
clinari possint ostendunt. Primum enim
querite regnum dei et iusticiam eius. Nec
si aperte diceret. et celestis patrie gaudia
desiderate. et quibus iusticie meritis ad
eam perueniat sollerter inquirete. Dru
que bonum utrumque necessarium. amate et

querite. Si amor est, otiosus esse non potest. Si pervenire desiderat, discite, quomodo perveniatur quo tenditis. Nec vero scientia duobus modis cooperatur, videlicet exemplo et doctrina. Exemplo quando sanctorum sancta legimus. Doctrina quando eorum dicta ad disciplinam nostram pertinentia discimus. Interque beati gregorii scripta singulariter amplectendo estimo, que quia mihi pre ceteris dulcia et eterne vite amore plena visa sunt, silentio pretereire nolui.

Quomodo legenda sit sacra scriptura ad correctionem morum.

Portet autem, ut qui hanc ingressus fuerit viam, in libris quos legerit discat, non solum colore dictaminis, sed virtutum emolitione, provocari, ut eum non tam verborum compositas aut continuato que veritatis pulchritudo delectet. Sciat etiam ad proprium suum non conducere, ut animo captus desiderio scientie, obscuras et profundas intelligere scripturas exquirat. In quibus magis occupetur animus quam edificetur. Nec sic eum sola lectio teneat, ut a bono opere vacare compellat. Cristiano philosopho lectio debet esse exhortatio non occupatio, et bona desideria pascere non necare. Relatum aliquando michi memini, de quodam satis probabilis vite viro, qui tanto scripturarum sacrarum amore fragrabat, ut eis continuo

impenderet studium. Cumque in dies crescente scientia cresceret, et desiderium eius cepit, tandem in sapientiam elatus impudenter spreto simplicioribus scriptis, et profunda quoque rimari. Atque enigmatibus prophetarum enudiandis et mysticis sacramentorum intellectibus vehementer insistere, sed mens humana tantum non sustinens pondus, cepit mox et rei magnitudine et intentionis ruditate deficere, tantoque huius importune occupationis cura confundi, non solum ab utilis sed et a necessariis actibus iam cessaret. Per se siquidem eventum in contrarium qui legere scripturas ad edificationem vite ceperat. Quia discretis moderamine uti non noverat, easdem nunc occasione erroris habebat. Sed miseratione divina tandem per revelationem ammonitus est, ne amplius harum scripturarum studio incumbere, sed sanctorum patrum vitas et meriti triumphos, aliasque simplici studio dictatas frequentare consuecisset scripturas, sicque in brevi ad pristinum statum redactus interne quietis gratiam accipere meruit, ut vere in eo illarum domini vocem diceret, qua ipse dolorem nostrum considerans, pie nos consolari voluit dominus. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, et deinceps invenietis requiem animabus vestris. Hoc exemplum ideo apposui, ut ostenderem eos qui in disciplina non litterature sed virtutum positi sunt, non oportere lectionem esse fastidium, sed oblectamento. Nam et propheta, Non novi inquit litteraturam siue negociationem introito in potentiam dei. Domine memorabor iusticie tue solius, deus docuisti me a iuventute mea. Qui enim ad occupationem scripturas, ut ita dicam, ad afflictionem spiritus legit, non philosophatur sed negociatur. Vix tam vehementer et indiscreta intentio, vicio superbie carere valet. Quid enim de lectione simplicis pauli dicam, qui ante implere legem voluit quam discere, quod nobis profecto satis exemplo potest esse, non auditores neque lectores legis, sed factores

potius iustos esse ante deum. Considerandum preterea est. quod lectio duobus modis animo fastidium ingerere solet. et affligere spiritum. qualitate scilicet si obscurior fuerit. quantitate si prolixior extiterit. In quorum utroque magno moderamine uti oportet. ut quod ad reflectionem quesitum est. non summatim ad suffocationem. Sunt qui omnia legere volunt tu noli contendere. nichil tua interest. an non omnes legeris libros. In finitus est librorum numerus. tu noli sequi infinita. Ubi finis non est. requies esse non potest. Ubi requies non est. pax nulla est. Ubi pax nulla est. deus habitare non potest. In pace inquit propheta factus est locus eius et habitatio eius in syon. sed in pace esse syon oportet. sed pacem non amittere. Contemplare et occupari noli. Noli auarus esse. Audi salomonem. Audi sapientiam et dilce prudentiam filii mi inquit amplius hijs non requiras. faciendi plures libros nullus est finis. frequenterque meditatio carnis afflicto est. Ubi ergo est finis. sine loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius obserua. hoc est omnis homo.

De lectione incipientium et opere perfectorum

Nemo ne
p hijs que superius commemoravi est met lectorum diligentiam reprehendere.
Cum ergo potius diligentes lectores ad propositum hortari intendas et eos qui

libenter discant laude dignos ostendere. Sed ibi locutus sum eruditis. Nunc autem erudiendis et doctrinam qui principium est discipline inchoantibus. illis studium virtutum. istis vero exercitium lectionis propositum est. sic tamen ut nec hijs virtute careant. nec illi. prius lectionem omittant. Nam sepe minus periculum est opus quod non precedit lectio. Et doctrina minus utilis quam non sequitur bona operatio. Oportet autem summo pe et illos cauere. ne forte ad ea que retro sunt aspiciant. et istos solari. si ubi illi sunt quandoque peruenire desiderant. utrosque ergo exerceri et utrosque promoueri conuenit. Ne retro abeat. ascendere licet. sed non descendere. Si vero nec dum ascendere potest. Ita in loco tuo liber a culpa. Non est quod alienum usurpat officium. Si monachus es quid facis in turba. Si amas silentium cur clamantibus assidue interesse detestaris. Tu semper ieiunij et fletibus insistere debes et si tu philosophari queri. Simplicitas monachi philosophia eius est. Sed docere inquis alios volo. Non est tuum docere sed plangere. Si tamen doctor esse desideras. audi quid facias. vilitas habitus tui. et simplicitas vultus. innocentia vite. et sanctitas conuersationis tue docere debet homines. Nemo suadendo mundum doces quod sequendo. si aduc forte prosequaris. et quid inquires. Nonne saltem si volo discere mihi licet. Supradixi tibi. lege et occupari noli. Exercitium tibi potest esse lectio. sed non propositum. Doctrina bona est. sed incipientium est. Tu vero te perfectum fore permiseras. Et ideo tibi non sufficit si incipientibus coequaris. plus aliquid te te facere oportet. Considera ergo ubi sis. Et quid agere debeas facile agnosces.

De quattuor gradibus exercitij spiritalis.

Quattuor sunt in quibus nunc exercetur vita iustorum, et quasi per quosdam gradus ad futuram perfectionem subleuatur. Videlicet lectio siue doctrina meditatio, oratio, et operatio. Quinta denique sequitur contemplatio in qua quasi quodam precedentium fructu in hac vita etiam que sit boni operis merces futura pregustat. Unde de psalmista cum de iudicijs dei loqueretur commendans ea statim subiungit In custodiendis illis est retributio multa. De hijs quinque gradibus. Primus gradus id est lectio incipientium est. Super premium id est contemplatio perfectiorum. Et de medijs quidem. Quanto plures quis ascendit tanto perfectior erit. Verbi gratia. Prima lectio intelligentiam dat. Secunda meditatio consilium prestat. Tercia oratio petit. Quarta operatio querit. Quinta contemplatio inuenit. Si ergo legis intelligentiam habes et nosciscis quid faciendum sit. initium boni est. Sed aduc tibi non sufficit. nondum perfectus es. Scande itaque in arcem consilij et meditare. qualiter implere valeas. quod faciendum esse didicisti. Multi enim scientiam habent. sed pauci sunt qui nouerunt qualiter scire oporteat. Rursum quoniam consilium hominis sine diuino auxilio infirmum est et inefficax. Ad orationem erigere eius adiutorium petere sine quo nullum potes facere bonum. videlicet ut ipsius gratiam que preuenien-

do te illuminat. subsequendo etiam pedes tuos dirigat in viam pacis et quod in sola aduc voluntate est. ad effectum producat bone operationis. Deinde restat tibi. ut ad bonum opus attingaris. ut quod orando petis. operando accipere merearis. Tecum vult operari deus. non cogaris sed iuuaris. si solus tu nil proficis. si solus deus operatur nil mereris. Operetur ergo deus ut potius opereris et tu. ut aliquid merearis. via est operatio bona. qua itur ad vitam. qui viam hanc currit vitam querit. Confortare et viriliter age. habet hanc via premium suum. quotiens eius laboribus fatigati. superni respectus gratia illustramur. gustantes et videntes quoniam suavis est dominus. Sic quod sit quod supra dictum est. quod oratio querit contemplatio inuenit. Vides ergo quomodo per hos gradus ascendentibus perfectio occurrit. ut qui infra remanserit perfectus esse non possit. Propositum ergo nobis debet esse semper ascendere. Sed quoniam tanta est mutabilitas vite nostre ut in eodem stare non possumus. Cogimur sepe ad transacta respicere. et ne amittamus illud in quo sumus. repetimus quandoque quod transmittimus. Verbi gratia. Qui in opere strenuus est. oratione deficiat. qui precibus insistit. ne orando offendant meditatione quid orandum sit. Et qui aliquando in proprio consilio minus confidit. lectionem consulit. et sic euenit. Et cum ascendere semper nobis sit voluntas. descendere tamen aliquando tanquam nos cogat necessitas. ita tamen ut in voluntate non necessitate propositum nostrum consistat. Quod ascendimus propositum est quod descendimus propter propositum. Non hoc ergo. sed illud principale esse debet.

De tribus generibus legentium

Istis ut

puto manifeste demonstratum est. per factis et aliquid amplius de se promittentibus non idem esse propositum cum incipientibus. Sed sicut illis aliquid licite conceditur quod isti sine culpa minime agere possunt. Ita etiam ab istis aliquid requiri quo illi nondum obligati sunt.

Nunc igitur ad promissa soluenda redeo. ut videlicet ostendam qualiter eis divina scriptura legenda sit. quae ad hoc ea solum querant scientiam. Sunt nonnulli qui divinae scripturae sapientiam appetunt. ut vel diuitias auferant vel honores obtineant. vel famam acquirant. quorum intentio quantum peruersa tantum est miseranda. Sunt rursus alij quos audire verba dei et opera eius percipere delectant. non quia salutifera. sed quia mirabilia sunt. scrutari archana. et mandata cognoscere volunt. multa scire nihil facere. Inuaniunt mirantur potentiam. qui non amant misericordiam. Nos ergo quid aliud agere dicam. Prae conia divina in fabulas commutare. sicut theatri ludis. sic obscenis carminibus interdere solemus. ut scilicet auditum pasca mus non animum. Huiusmodi tamen non tam confundi quam admirari oportere censeo. quorum voluntas non utique maligna est. sed improuida. Illi vero idcirco sacram scripturam legunt. ut secundum apostoli preceptum pati sunt omni potestati reddere rationem. de ea fide in qua positi sunt. ut videlicet inimicos veritatis fortiter destruunt. minus eruditos doceant. ipsius veritatis perfectius viam

agnoscat. Et alius dei secreta intelligentes arcius ament. quorum nimirum de uoto laudanda est et imitatio digna. Tria ergo sunt genera hominum sacram scripturam legentium. Quorum primi quidem miserandi sunt. Secundi iuandidi. Tercij vero laudandi. Nos autem quia omnibus consulere intendimus. quod bonum est augeri cupimus. et quod persum commutari. omnes intelligere volumus. que dicimus. omnes facere quodhortamur.

ExPLICIT QUIN
TUS. INCIPIT
DIDASCOLICON
SEXTUS HUGO
NIS.

Ubi lector ordines
salcet et modum
propono. que si
diligenter inspe
ris. facile tibi it
legendi patebit.

In horum vero consideratōe nec omnia
ingenio tuo relinqūa. Neq; per meam
diligentiā satis fieri tibi promitto. Sz
sic quidem breuiter prelibando trāsur
ram. vt 7 posita aliqua quibus erudier.
7 aliqua pretermissa quibus exercearis
inuenias. Ordinem legendi quadriua
rium esse supra commemorau. Aliuz in
disciplinis. Alium in libris. alium in nar
ratōne. Alium in expositōne. que qualiter
in diuina scriptura assignandi sunt. non
dum ostendi.

De ordine qui est in discipli nis

Primum
ergo hunc ordinem
qui queritur in disci
plinis Inter histo
riam. allegoriam. tro
pologiam. diuinum lectorem considera
re oportet. Que horum alia legēdi ordi
ne precedant. In quo illud ad mēoraz
reuocare non est inutile quod in edifica
is fieri conspiciatur. Vbi primum quidē
fundamentum ponitur dehinc fabrica su
peredificatur. Ad vltimum consummato
opere domus colore superducto vestit.
Sic nimirum in doctrina fieri oportet.

vt videlicet prius historiam discas. id
est rerum gestarum veritatem a princi
pio repetens vsq; ad finem. quid gestū
sit. quomō gestum sit. a quibus gestum
sit. vbi gestum sit. diligenter memorie
cōmendes. De ceteris quatuor precipue
in historia requirenda sunt. persona. ne
gocium. tempus. locus. Neq; ego te p
lecte subtilem posse fieri puto. in allego
ria. nisi prius fundatus fueris in histo
ria. Noli contemnere minima hec. Pau
latim defluit qui minima contempnit.
Si prio alphabetū discere 7 tempus
nunc inter grammaticos tantum nomen
haberes. Scio quosdam esse qui statim
philosophari volunt. fabulas pseudo
apostolis relinque das aiunt. quoru sciē
tia forme asini similis est. Noli huiusmodi
imitari. Paruis imbutus temptab grā
dia tutus. Ego tibi affirmare audeo. me
nichil vnq; quod ad eruditōnem perti
neret contempsisse. sed multa sepe vidi
cisse. que alijs ioco aut deliramento si
milia viderentur. Remini me dum a
duc scholaris essem elaborasse. vt omniuz
rerum oculis subiectaruz. aut in vsuz ve
niendi vocabula scirem. Perpendens li
tere rerum naturam illum prosequi nō
posse qui earundem nomina aduc igno
raret. Quotiens sophismatum meoruz
que gratia breuitatis vna vel duab; i
pagina dictionibus signaueram a me
metipso cottidianum exegi debitum. vt
etiam sententiarum questionum et opi
nionum fere omnium quas didiceras 7
solutōnes memoriter tenerem 7 numez
Causas sepe informari 7 dispositis ad i
uicem controuersijs. quod rethoris qd
oratoris. quod sophiste officium esset.
diligenter distinx. calculos in numerū
posui. 7 nigris cartonibus pauimentuz
depinxi. Et ipso exemplo oculis subie
cto que ambigonij. que ortogonij. que
oxigonij differentis esset demonstraui
patenter. Vtrum ne quadratum equila
terum duobus in se lateribus multipli
catis embadum impleret vtrobicq; per
currentes podismo didici sepe nocturno
Microscopus ad hiberna peruigil exca
m 4

bani. **S**epe ad lignum protensum in li-
gno magada ducere solebam. et ut vo-
cum differentiam aure perciperem et ani-
mum pariter meli dulcedine oblectare.
Nec puerilia quidem fuerant. sed tamen
non inutilia. Neque ea nunc scire stoma-
chum meum onerat. **N**ec autem non ti-
bi replico ut meam scientiam que vln-
la vel parua est iactem. **S**ed ut osten-
dam tibi illum incedere aptissime. qui i-
cedit ordinate. **N**ecque ut quidam. qui vuz
magnum saltum facere volunt. precipi-
cium incidunt. **S**icut in virtutibus. sic i-
scientijs quidam gradus sunt. **S**ed vi-
cis. **M**ulta inuenio in historijs que nul-
lius videntur esse vtilitatis que in hui-
modi occupator bene vicijs. **M**ulta si-
quidem sunt in scripturis que in se consi-
derata nichil expetendum habere videtur.
que tamen si alijs quibus coherent
compareris. et in toto suo trutinare cepe-
ris. necessaria pariter et competentia esse
videbis. **M**ia enim propter se scienda
sunt. **M**ia autem quauis propter se non
videantur nostro latore digna. quia ta-
men sine ipis illa enudeate sciri non pos-
sunt. nullatenus debent negligenter pre-
teriri. **O**mnia vdisce. **V**idebis postea ni-
chil esse superfluum. coartata scientia io-
cunda non est. **D**e libris autem qui ad
hanc lectonem vtilis sunt. si quid michi
videatur queris. **H**os magis frequen-
tandos estimio. **G**enesium. **E**xodum. **J**o-
sue. **L**ibri **J**udicum et regum et paralipo-
menon. **N**oni testamenti quatuor euan-
gelia. **D**ebinc actus apostolorum. **V**ij
vndecim magis ad historiam michi vt
dentur pertinere. exceptis hijs quibus hi-
storiographus proprie appellamus.
Si tamen huius vocabuli significatõe
comunijs vtimur. nullum est inconueni-
ens. vt scilicet historiam esse dicamus.
non tantum rerum gestarum narratõe
sed illam primam significatõe cuiusli-
bet narratõis que fm vtorum pro-
prietatem est. fm quam acceptõe om-
nes vtriusq; testamenti libros ordine q
supra enumerati sunt. ad hanc lectonem

icõm litteralem sensum pertinere puto et
fortasse nisi puenire videretur in hoc lo-
co aliqua de modo construendi prece-
pta interponerem. quia noui diuinã scri-
pturaz magis ceteris omnibus in textu
suo esse consiliã. quibus tamen idcir-
co superfedere volo. ne nimia propo-
situm interpositõe extendam. **S**unt que-
dam loca in diuina pagina. que secũdũ
litteram legi non possunt. que magna vi-
scretõe discernere oportet. ne per negli-
gentiam aliqua pretereamus. aut p im-
portunam diligentiam ad id ad quod
scripta non sunt. violẽter intorqueam.
Hoc est ergo o lector: quod tibi propo-
nimus. **H**ic campus tui latoris. vome-
re bene sulcatus multiplicem tibi fructũ
refert. **O**rdine cuncta gesta sunt. ordine
incede. per vmbra venitur ad corpo-
ris figuram. vdisce et inuenies veritatem.
Nec hoc ideo dico vt prius veteris te-
stamenti figuras labores enolere et mi-
stica dicta scruteris. priusq; ad euange-
lij fluẽta potãda accedas. sed sic vides
qõ ois edificatõe fundamẽto carens sta-
bilis esse non potest. sic est in doctrina.
Fundamentum autem et principium sa-
cre scripture historia est. de qua quasi
mel de fano veritas allegorie exprimi-
tur. **E**dificaturus ergo. primo fundamẽ-
tum historie pone. **D**einde per significa-
tõnem tipicam in arcem fidei fabricam
mentis erige. **A**d extremum vero per
mortalitatis gratiam quasi pulcherrimo
superducto colore edificium pinget. ha-
bes in historia quo dei facta miraris.
In allegoria vt eius sacramenta credas
In mortalitate quomodo eius perfectõe
nem imiteris. **L**ege ergo et vdisce. **Q**uia
in principio fecit deus celum et terram.
Lege quia in principio plantauit para-
disum voluptatis. in quo posuit hoicem
quem formauerat. peccantem expulit. et
in erumpnas huius seculi deiecit. **L**ege
qualiter ab vno homine vniuersa hu-
mani generis propago descendit. qua-
liter deinde peccantea. vnda obruerit. q
litez noe iustum cum filijs suis in medijs

quis diuina clementia seruauit. Qualiter deinde abraham . fidei signaculum suscepit. post vero israhel in egiptu descendit. Quomodo deinde deus filios israhel de egipto in manu moysi ⁊ aarō per mare rubrum eduxit. in deserto paui. legem dedit. in terra promissionis locauit. Qualiter sepe peccantes in manus inimicorum suorum tradidit. ⁊ rursus penitentes liberauit. quomodo primū per iudices postea per reges populum rexit. Dauid seruum suum de post fetantes accepit. Salomones sapientia illustrauit. Ezechie flenti quindecim annos addidit. Dehinc preuaricantem populum captiuum in babilonem per manum nabuchodonosor misit. post .lxx. annos per ciurum reduxit. Ad extremum vero mutante iam seculo filium in carnem misit. vitam eternam penitentibus missis in mundum uniuersum apostolis promisit. De turum se in fine seculorum ad iudicandū predixit. reddere unicuique s̄m opa sua. peccatoribus uidelicet ignem eternum. iustis autem vitam eternam et regnum cuius nō erit finis. vide quis ex quo mundus cepit vsq; in fines seculorum nō deficiunt miseratōnes domini.

De allegoria

Distinctionem hystorie superest allegoriarum misteria inuestigare. ubi mea exhortatione opus esse nō potest. cum ipsa res per se satis digna appareat. nosse tamen uolo o lector hoc studium non tardos ⁊ ebetes sensus. sed matura expetere ingenia. que sic inuestigando subtilitatem teneant. ut in discernendo prudentiam non amittant. Solidus abusus est iste ⁊ nisi masticeatur transglutiri non potest. Tali ergo moderamine uti te oportet ut dum in querendo subtilis fueris. in presumendo temerarius non inueniaris. Recolens quod ait psalmista. *Et cum suum tetendit ⁊ parauit illum. ⁊ in eo parauit uasa mortis.* Reministi ut estimo supra me diuinam scripturā edificō similem dixisse. *Ubi primum fundamento posito structura leuatur. Plane edificō similis est. nam ⁊ ipsa structuram habet.* Non ergo pigeat si hāc similitudinem paulo diligentius prosequamur. Respice opus cementarij. collocato fundamento lineam extendit et in directo perpendicularum dimittit. Ac deinde lapides diligenter politos in ordine ponit. alios deinde atq; alios querit. et si forte aliquos prime dispositioni non respondentes inuenit accipit limam. prominentia præcidit. aspera planat. infor

nia ad formam reducit. sicq; deinde reliquis in ordinem dispositis adiungit. Si vero aliquos tales inuenit qui nec cominui possunt nec coaptari eos. nō assumit ne forte dum silicem comminuere laborat. limam frangit. Intende. Rem tibi proposui inuentibus contemptibilem. Sed intelligentibus imitatio dignam. fundamentum in terra est nisi semper politos lapides habet. fabrica desuper terram et equalem structuram querit sic diuina scriptura multa scōm litteralem sensum continet que et sibi repugnare videntur. et nonnunq; absurditas aut impossibilitatis aliquid afferre. Spiritus autem intelligentia nulla admittit repugnantiam. In qua diuersa multa aduersa nulla esse possunt. Quae etiam primam seriem lapidum superfundamentum collocandorum ad protensam lineam disponi vides. quibus scilicet totum opus reliquum innititur et coaptatur. significatione non caret. Nam hoc quasi aliud fundamentum est et totius fabricae basis. Hoc fundamentum et portat superposita et a priori fundamento portatur. primo fundamento insidiantur omnia. sed non omni modo coaptantur. Quic et insident et coaptantur reliqua. primum fabricam portant. et est sub fabrica. Hec fabricam portat et est non solum sub fabrica sed et in fabrica. Quod sub terra est fundamentum figurare diximus. Historiam fabricam que superedificatur. allegoriam insinuare. Unde et ipsa basis fabricae huius ad allegoriam pertinere debet. Multis ordinibus consurgit fabrica. et quisq; suam basem habet. et multa sacramenta in diuina pagina continentur que singula sua habent principia. Disce scire qui sunt ordines isti. Primus ordo est sacramentum trinitatis. quia et haec scriptura continet quod ante omnem creaturam trinus et vnus fuit deus. Sic de nichilo omnem creaturam fecit visibilem et inuisibilem. ecce secundus ordo. Ratio naturali creature liberum dedit arbitrium. et

gratiam preparauit ut eternam mereri posset beatitudinem. Deinde sponte labentes puniuit. et persistentes ut amplius labi non possent confirmauit. Que origo peccati. quid peccatum sit. et que peccati pena. ecce tertius ordo. que sacramenta primum sub naturali lege ad reparationem hominis instituit. ecce quartus ordo. Sacramentum incarnationis verbi. ecce quintus ordo. Sacramentum noui testamenti. ecce sextus ordo. Ipsi deus et resurrectionis. ecce septimus ordo. Hec est tota diuinitas. Hec est illa spiritualis fabrica. que quot continet sacramenta tot quasi ordinibus constructa in altum extollitur. Disce etiam ipsas bases agnoscere. Bases ordinum sunt ipsa principia sacramentorum. Ecce ad lectionem venisti. spirituale edificium edificatur. Jam historie fundamenta in telocata sunt. Restat tibi nunc ipsius fabricae bases fundare. lineam tendis. ponis ex amulsum quadros in ordine collocas. et circumgirans quedam murorum vestigia figis. Linea protensa recte fidei trames est. Item spiritualis operis bases. quedam principia fidei sunt quibus incipari. Debet siquidem prudens lector curare. ut antequam spaciose librorum volumina persequatur sic de singulis que magis ad positum et professionem vere fidei pertinent instructus sit. ut quecumq; postmodum inuenit tute superedificare possit. Dix enim in tanto librorum pelago. et multiplicibus sententiarum anfractibus que et numero et obscuritate animi legentis sepe confundunt. aliquid inde colligere poterit. qui prius summam in vnoquoque (ut ita dicam) genere aliquod certum principium firma fide sibi fixum ad quod cuncta referantur non agnouit. Disce ut te doceam qualiter fieri debeant bases iste. respice ad ea que paulo ante enumeravi. est autem sacramentum trinitatis. multi iam de illo libri facti sunt. multe vate sententie. difficiles ad intelligendum. et propterea ad soluendum. 15

gum tibi & onerosum est adhuc omnes
prosequi cum multa fortassis inuenias.
in quibus magis traharis q̄ edificeris.
Noli instare. sic nunq̄ ad finem venies.
Disce prius breuiter & dilucide quid te-
nendum sit de fide trinitatis. quid sane
profiteri & veraciter credere debeas. Cū
autem postea legere ceperis libros. & ml-
ta obscure. multa aperte. & multa ambi-
gue scripta inuenieris. que aperta inue-
ris adiunge base sue. si forte conueniant
que ambigua sunt ita interpretare. vt
non discordent. **Q**ue vero sunt obscu-
ra refera si potes. quid si intellectum eo-
rum penetrare non potes. transi nedum
presumere conaris q̄ non sufficias perici-
lum erroris incurras. **N**oli contemnere
ea sed potius venerare quia audisti qd̄
scriptum est. **P**osuit tenebras latibuluz
suum. **Q**uod si aliquid etiam inuenieris cō-
trarium illi. quod tu iam firmissima fide
tenendum esse vidicisti. **N**on tamen
expedit tibi cotidie mutare sententi-
am. nisi prius doctiores te consulueris
et maxime quid fides vniuersalis. que
nunquam falsa esse potest. inde iubeat
sentiri agnoueris. **S**ic de sacramento
altaris. sic de sacramento baptismatis
confirmationis. coniugij. et omnibus
que tibi supra enumerata sunt. face-
re debes. **V**ides multos. scripturas
legentes. quia fundamentum veritatis
non habent. in errores varios labi. et
tociens fere mutare sententiam. quot
legunt lectiones. **R**ursum alios vides
qui secundum illam veritatis agnitio-
nem qua intus firmati sunt. quaslibet
scripturas ad congruas interpretatio-
nes flectere nouerunt. et quid a fide sa-
na discordet. quid conueniat iudicare
in ezechiele legis. q̄ rote animalia se-
cuntur. non animalia rotas. **C**um am-
bularent inquit animalia. ambulabant
& rote iuxta ea. et dum eleuarentur ani-
malia de terra. eleuabantur simul & ro-
te. sanctorum quippe mentes quantum

virtutibus et scientia proficiunt. tan-
tum sanctarum scripturarum archana
profunda esse conspiciunt. vt que sim-
plicibus et adhuc stantibus in terram
tacere videbantur. erectis sublimes ap-
pareant. nam sequitur. **Q**uo cūq̄ ibat
spiritus illuc eunte spiritu et rote pa-
riter leuabantur sequentes eum. **S**pi-
ritus enim vite erat in rotis. vides quo-
modo rote hec animalia sequuntur. et se-
cuntur spiritum. **R**ursum alibi dicitur.
Littera occidit. spiritus autem viuificat
quia nimirum oportet viuinum lecto-
rem spiritualis intelligentie veritate es-
se soli datum. vt earum litterarum api-
ces. que et peruerse nonnunq̄ intelli-
gi possunt ad quelibet diuerticala non
indinet. **Q**uare antiquus ille populus
qui legem vite acceperat reprobus
est. nisi quia sic solam litteram occiden-
tem secutus est. vt spiritum viuifica-
ntem non haberet. **N**ec vero non ideo
dico vt quibuslibet ad voluntatem su-
am interpretandi scripturas occasione
prebeam. sed vt ostendam eum qui so-
lam sequitur litteram diu sine errore
non posse incedere. **O**portet ergo vt
sic sequamur litteram ne nostrum sen-
sum diuinis auctoribus preferamus.
et sic non sequamur. vt in ea totum ve-
ritatis iudicium pendere credamus. nō
litteratus. sed spiritualis omnia diindi-
cat. **E**t ergo secure possis iudicare lit-
teram non de tuo sensu presumere. sed
erudiri prius et informari oportet. et
quasi quandam inconcussa veritatis ba-
sem cui tota fabrica innititur fundare.
neq̄ a teipso erudire presumas. ne
forte dum te introducere putas ma-
gis seducas. **I**n doctoribus et sapien-
tibus hec introductio querenda est. qui
auctoritatibus sanctorum patrum & te-
stimonijs scripturarum eā tibi. p̄t op̄
est. **E**t facere et aperire possint. **C**unq̄
iam introductus fueris testimonijs scri-
pturarum legendo singula que docue-

runt confirmare sic michi videtur. Cui me in hoc imitari placuerit. libens accipio. cui visum fuerit non ita oportere fieri. faciat quid placuerit non contendo. Scio enim plures hunc modum in discendo non seruire. sed quomodo quid proficiunt rursus ignoro. Si queris qui libri magis ad hanc lectionem valeant. ego puto principium genesis de operibus sex veteri. tres vltimos libros moysi. de legalibus sacramentis. ysaiam principium et finem ezechiels. Job. Psalterium. Cantica canticorum. Duo precipue euangelia scilicet matthei et iohannis. Epistolas pauli. Canonicas epistolas. et apocalipsum. precipue epistolas pauli. que etiam ipso numero designant vtriusque testamenti perfectionem in se continere.

De tropologia id est mortalitate.

Et tropologia

nihil aliud in presenti dicam quam quod superius dictum est. Excepto quod ad eam magister

quod vocum significatio pertinere videtur. In illa naturalis iusticia est. ex qua disciplina morum nostrorum. id est positia iusticia nascitur contemplando quid fecerit deus. quid nobis faciendum sit cognoscimus. Omnis natura domini loquitur. Omnis natura hominem docet. Omnis natura rationem parit. et nichil in vniuersitate infecundum est.

De ordine litterarum

Undem

ordo litterarum in historia et allegorica lectione seruandus est. Historia ordinem temporis sequitur. Ad allegoriam magis pertinet ordo cognitionis. Quia sicut supra dictum est. Doctrina semper non ab obscuris sed a peritis etiam et ab hijs que magis nota sunt. exordium sumere debet. Unde consequens est. ut nouum testamentum in quo manifesta predicatur veritas in hac lectione veteri preponatur. vbi eadem veritas figuris adumbrata est. occulte pronunciat. eadem vtrobius veritas. sed ibi est occulta. hic manifesta ibi promissa. ibi exhibita. Audistis euz legeretur in apocalipsi. quia signatus erat liber. et nemo inueniri poterat. qui solueret signacula eius. nisi leo de tribu iuda. Signata autem lex. signate erant prophetie. quia occulte tempore veteris redemptiois pronuntiabantur.

Domne tibi ille liber signatus esse vide-
tur qui dixit. Ecce virgo concipiet et pa-
riet filium. et vocabis nomen eius ema-
nuel. Et alias. Tu inquit bethleem. Effe-
ta. paruulus es in milibus iuda. ex te ei
egredietur qui sit dominator in israhel.
egressus eius ab initio a diebus eternita-
tis. Et psalmista. Nunquid syon dicet
homo. et homo natus est in ea. et ipse erit
altissimus. Et rursus domini exitus exi-
tus mortis. Et iterum. Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis. Et p^o
pauca de eodem. Tecum principium in
die virtutis tue. in splendoribus sancto-
rum ex utero ante luciferum genui te.
Et danielis. Aspiciebat in visione no-
ctis et ecce in nubibus celi filius hominis
veniet. Et usque ad antiquum dierum p-
ueniebat. Et dedit ei potestatem hono-
rem et regnum et omnes populi tribus. et
lingue ipsi seruiet. Potestas eius pote-
stas eterna que non auferetur. Quis pu-
ta. hec antequam impleretur intelligere po-
terat solvere signacula nisi de tribu iuda
Venit ergo filius dei. et induit nostram
naturam. natus est de virgine. crucifixus.
sepultus. resurrexit. ascendit ad celos. et
implendo que promissa erant. aperuit
que latebant. Lego in euangelio. quod an-
gelus gabriel ad mariam virginem mit-
titur parituram pronunciat. Recordor
prophetie que dicit Ecce virgo concipi-
et. Et lege quia cum esset ioseph in beth-
leem cum maria uxore sua pregnante.
venit tempus eius pariendi. et peperit
filium primogenitum quem angelus p-
dixerat regnaturum in throno dauid pa-
tris sui. Recordor prophetie. Bethleem
effreta paruulus es in milibus iuda. ex
te enim egredietur qui sit dominator in
israhel. Lege rursus. In principio erat
verbum et verbum erat apud deum. et de-
us erat verbum. Recordator prophetie.
que dicit. Egressus eius ab initio a die-
bus eternitatis. Lego Verbum caro fa-
ctum est et habitabit in nobis. Et ne for-
te singula prosequendo fastidius tibi fa-
ciam. nisi prius natiuitate christi. predi-

catōnem. passionem. resurrectionem. atque
ascensionem. et cetera que in carne. et per
carnem gessit agnoueris veterum figu-
rarum mysteria penetrare non valebis.

De ordine narrationis

De ordine

narrationis illud ma-
xime hoc loco consi-
derandum est. quod ut
uine pagine textus
nec naturalem sem-

per. nec continuum loquendi ordinem
seruat. Quia et sepe posteriora prioribus
anteponit. sicut cum aliqua enumerave-
rit subito ad superiora. quasi subsequen-
tia narrans sermo recurrat. Sepe etiam
ea que longo distant intervallo. quasi
mox sibi succedentia connectit. ut videa-
tur nullum disiunxisse spacium temporis
illa que non discernit vllum interuallum
sermonis.

De ordine expositionis.

xpositio

C tria continet. litteraz
sensum 7 sententiam.
In omni narratione
littera est. Nam ipse
voce. etia3 littere sunt. S3 sensus 7 sen
tentia non in omni narratōe siml inue
niantur. Quedam habet litteram 7 sen
sum tantum. Quedam litteram 7 sentē
tiam tantum. Quedaz omnia simul hec
tria continet. Omnis autem narratō ad
minus duo debet habere. Illa vero nar
ratō litteram 7 sensum tantum habet. vt
per ipam prolātōnem sic aperte aliquid
significabitur. vt nichil aliud relinqua
tur subintelligendum Illa vero litteraz
7 sententiam tantum habet. vbi ex sola
pronunciatōne nichil concipere potest
auditor. nisi addatur expositō. Illa sen
sum 7 sententiam habet. vt et aperte ali
quid significatur 7 aliquid aliud subin
telligendum relinquatur quod expositō
ne aperitur.

De littera

Itera

I aliquando per
fecta est. quādo
ad significādum
id quod dicitur
nichil preter ea
que posita sunt vel addere vel minuire
oportet. vt omnis sapientia a deo est.
Aliquando iminuta est. quando subau
diendum aliquid relinquatur. vt senior
electe domine. Aliquando superflua. qn
do vel propter inuicātōnem vel longā

interpretatōnem idem repetitur. vt ali
quid non necessariū adiungitur. vt pau
lus in fine epistole ad romanos dicit.
Et autem (et postea multis interpositis
infert) cui est honor et gloria. Aliud hic
superfluum esse videtur superfluum dico
id est non necessarium ad euuiciatōem
faciendam. Aliquando talis est littera.
vt nisi in aliam resoluatur nichil signifi
care. vel incongrua esse videatur. vt est
illud. Dominus in celo sedes eius. id est
sedes domini in celo. Et filij hominū de
tes eorum arma 7 sagitte. id est filiorum
hominum dentes. Et homo sicut fenum
dies eius. id est dies hominis. Nomi
tius scilicet nominis. 7 genitiuus. pro
nominis pro vno genitio nominis positi.
7 multa alia. similiter ad litteram cōstra
ctio 7 continuatō pertinet.

De sensu

Sensus

S alius congruus.
alius incōgruus
Incongruus. ali
us incredibilis.
alius impossibil
alius absurdus.

S alius falsus. Multa huiusmodi inuenies
in scripturis. vt illud. Comederit iacob
7 illud sub quo curantur. Hii qui portāt
orbem. 7 illud. Elegit suspendium anima
mea. 7 multa alia. Sunt loca quedaz in
diuina scriptura vbi licet sit aperta ver
borum significatō. nullus tamen sensus
videtur. Vel ppter inusitatum modum
loquendi siue ppter aliquam circūstan
tiam que legentis intelligentiam impe
dit. vt est verbi gratia illud quod dicit
isaias. Apprehendent septem mulieres
virum vnum in die illa dicentes. Pa

nem nostrum comedemus. ⁊ vestimentis
nostris operiemur. tantummodo inuo-
cetur super nos nomen tuum. plana sunt
⁊ aperta verba. intelligis satis. ⁊ pre-
bent septem mulieres virum vnum. In-
telligis panem nostrum comedem⁹. In-
telligis vestimentis nostris operiemur.
Intelligis tantummodo inuocetur nomē
super nos. Intelligis. ⁊ miser obprobriū
nostrū. Sed fortasse quid hoc totum si-
mul significare velit intelligere non po-
tes quid dicere voluerit propheta. bo-
num promiserit. an malum minatus fue-
rit ignoras. Unde eueit vt spiritualiter
tantum intelligendum credas q̄ quali-
ter ad litteram dictum sit. non vides.
Dices ergo septem mulieres septem vo-
na esse spiritus sancti. qui vnum virū ap-
prehendunt. id est christum in hoc om-
nem plenitudinem gratie placuit inha-
bitare. quia ipse solus sine mensura spiri-
tum accepit. qui solus earum aufert ob-
probriū vt inueniat in quo requiescat
nullo alio viuente vt sancti dona posse-
bant. Ecce spiritualiter interpretat⁹ es.
Et quid sit ad litteram non intelligis.
Potuit tamen propheta per hec verba
etiam ad litteram aliquid assignare. q̄
enim supra de interpretatōne populi ꝑ
narratoris locus fuerat. Subiūgit nūc
tantam in eodem populo cladem futu-
ram. ⁊ vsq̄ adeo virorum genus dele-
ndum vt vix septem mulieres vnum vi-
rum inueniant. cum modo vna vnus ha-
bere soleat. Et ne forte vnus vir septem
mulieres ducere formidaret. tum vn-
de eas pasceret ⁊ vestiret non haberet.
dicunt ei. panem nostrum comedemus
⁊ vestimentis nostris operiemur. non te
oportet esse de nobis sollicitum. tantum
modo inuocetur nomen tuum super nos
vt dicaris vir noster ⁊ sis. ne repudiate
dicamur ⁊ steriles. ⁊ sine semine inoria-
mur. quod eo tempore magnum obpro-
brium fuit. Et hoc est quod dicunt. ⁊ mi-
ser obprobrium nostrum. Multa huius
modi inuenis in scripturis ⁊ maxime in
xteri testamento s̄m ydeoma illius lin-

gue dicta. cum ibi aperta sint nihil apud
nos signare videntur.

De senten- tia

Entē

tia diuina nun-
q̄ absurda nū-
q̄ falsa esse po-
test. sed euz in
sensu ut dictū
est inueniatur

multa contraria. Sententia nullam ad-
mittit repugnantiam sed cōgrua ⁊ sem-
per vera. Aliquando vnus enunciatō-
nis vna est sentētia. Aliquando vnus
enunciatōnis plures sunt sententie. Ali-
quando plurimum enunciatōnum vna
est sententia. Aliquando plurimū enun-
ciatōnum. plures sunt sententie. Euz igitur
diuinos libros legimus in tanta mul-
titudine verorum intellectuum qui de
paucis eruuntur verbis. ⁊ sanitate fidei
katholice muniantur. id potissimum dili-
gamus. quod certum apparuerit euz sen-
sisse q̄ legimus. Si aut hoc latet. id cer-
te quod circumstantia scripture non im-
pedit. ⁊ cum sana fide concordat. Si au-
tem ⁊ scripture circumstantia pertractari
ac discutitō pōt saltem id solū qd fides
sana p̄scribit. Aliud ē ei qd potissimū scri-
ptor senserit. vno scēt nō q̄ reglā pietatē

errare. Si vero vtrūq; vitetur perfecte se habet fructus legentis. si vero vtrūq; vitari non potest. si voluntas scriptoris incerta sit. sane fidei congruam nō inutile est eruisse scientiam. Item in reb; ob scuris atq; a nostris oculis remotissimis Si qua inde scripta etiam diuina lege rimul. que possint salua fide alijs atq; alijs parere sententijs. in nullam earum nos precipiū affirmatōe ita proiciam. vt si forte diligentius discussa veritas eam labefactauit. corrnamus. non p sententia diuinarum scripturarum. sed pro nostra ita dimicantes. vt eam velimus scripturarum esse que nostra est. tamen potius ea que scripturarum non nostrarum esse debeamus.

De modo legendi

De studio

gendi in diuidēdo cōstat. diuisio sit partitōne et inuestigatōne. Partitōne diuidimus quando ea que confusa sunt distinguimus. Inuestigando diuidimus. quādo ea que occulta sunt referamus.

De meditatione hic est premittendū

Etiam

ea que ad lectionem pertinent. qn̄to lucidius et cōpediosius potui m̄ explicata sūt.

De reliqua vero parte doctrine id ē meditātōne. aliquid in presenti dicere obmitto. Quia res tanta. speciali tractatu indiget. et dignum magis est omnino si lere in huiusmodi. q̄ aliquid imperfecte dicere. Res enim valde subtilis est et si mul iocunda. que et incipientes erudit. et exercet. consumatos in experta. Adhuc stilo ideoq; amplius prosequēda. Hoc genus igitur nunc sapientiam. vt radicare dignetur in cordibus nostris et illuminare nos in semitis suis. vt introducat nos ad puram nostris animabus ce nam.

Diuisio plene continentium

De continentium

virtutum genera tria sunt. Sapientia virtus. necessitas. Sapientia est comprehensio rerum prout sunt. Virtus est habitus animi modum nature ratio consentaneus. Necessitas est sine qua viuere non possumus. sed felicias viueremus. Nec tria remedia sunt cōtra tria mala. quib; subiecta est vita humana. Sapientia contra ignorantiā. Virtus p̄ vicium Necessitas p̄ infirmitatem. Propter ista tria mala extirpanda. q̄ sita sunt ista tria remedia. et

propter hec tria remedia inuenienda inuenta est omnis ars 7 omnis disciplina propter sapientiam inuenta e practica, propter necessitatem inuenta est mechanica. Iste tres vsu prime fuerunt, sed postea propter eloquentiam inuenta e logica, que cum sit inuentione vltima prima tamē debet esse doctrina. Quatuor ergo sunt principales scientie a quibus omnes alie descendunt. Theorica practica, mechanica, logica. Theorica diuiditur in theologia, physicam, mathematicam. Theologia tractat de inuisibilibus substantijs, Physica de inuisibilibus visibilibus causis Mathematica de visibilibus visibilibus formis. Et mathematica diuiditur in quatuor scientias. Prima est arismetica de numero 7 de quantitate discreta per se. Secunda est musica que tractat de proportione, id est de quantitate discreta ad aliquid, quia ad sonum contracta. Tercia est geometria, que tractat de spacio, id est de quantitate continua immobili. Quarta est astronomia que tractat de motu id est de quantitate continua mobili. Elementum arismetice est vnitas, Elementum musicę est vnisonum, Elementum geometrie e puuctus, Elementum astronomie est instans, Practica diuiditur in solitariam priuatam, publicam, Solitaria docet quomodo vnusquisq; propriam vitam honestis moribus instituat et honoribus exornet. Priuata docet quomodo regendi sunt familiares, 7 qui per carnis affectus sunt affines. Publica docet qualiter populus totus 7 gens a suis rectoribus gubernari debeat. Solitaria pertinet ad singulos. Priuata ad patresfamilias, Publica ad rectores ciuitatum. Mechanica tractat de operibus humanis, Et hec diuiditur in septem. Prima est lanificiū Secunda armatura, Tercia nauigatio, Quarta agricultura, Quinta venatio, Sexta medicina, Septima theatrica, Logica diuiditur in grammaticam, 7 in rationem differendi. Ratio differendi diuiditur in probabilem necessariam 7 sophisticam. Probabilis diuiditur in

eticam 7 rethoricam. Necessaria pertinet ad philosophos. Sophistica ad sophisticas. In his partibus philosophie talis ordo in doctrina seruari debet, vt prima ponatur logica, Secunda ethica, Tercia theorica, Quarta mechanica. Primum enim comperanda est eloquentia, Deinde, vt ait socrates in ethica per studium virtutis oculus cordis mundandus est, vt deinde in theorica ad inuestigationem veritatis perspicax esse possit. Nouissime mechanica sequitur que perse omnimodo inefficax est, nisi ratione precedentium fulciatur.

De arte magica

Magice re

perior primus creditur sorastres rex bactrianorum, quem nonnulli asserunt ipsum esse Cham filium noe, sed nomine mutato hunc postea ninus rex assiriorum bello victus interfecit, eiusque codices artibus maleficiorum plenos igne cremari fecit. Scribit autem aristoteles de hoc ipso quod vsque ad viginti ducentum milia versuum eius de arte magica ab ipso dictatos, libri eiusdem vsque ad posteritatis memoriam traduxerunt. Hanc artem postea democritus ampliauit, tempore quo ypcras in arte medicine insignis habebatur. Magica in philosophiam non recipitur, Sed est

extrinsecus falsa p[ro]fessione. omnis iniquitatis et malicie magistra. de vero mentiens et veraciter sedens. animos seducit a religione diuina. cultura demonum suadet. morum corruptiōnem ingerit. et ad omne scelus et nequam mentes sequacius impellit. Hec generaliter accepta quicquid complectitur genera maleficorum. Mantice[m] quod sonat diuinatiō. Mathematicam vanam. Sortilegia Malefica. prestigia. Mantice[m] quicquid continet species sub se. Primam nigromantiam que interpretatur diuinatiō in mortuis. Necros enim grece mortuus latine. Hec nigromantia diuinatiō. que fit per sacrificium sanguinis humani que[m] demones sicut et in eo delectantur effuso. Secunda est geomantia id est diuinatiō in terra. Tercia est ydromantia id est diuinatiō in aqua. Quarta est acrimantia id est diuinatiō in aere. Quinta est diuinatiō in igne. que dicitur piromantia. Barro enim quattuor dixit esse in quibus diuinatiō constaret. terram. aquam. ignem et aerem. Prima ergo id est nigromantia ad infernum videtur pertinere. Secunda ad terram. Tercia ad aequum. Quarta ad aerem. Quinta ad ignem. Mathematica diuiditur in tres species. in Aruspiciam. in Augurium. et in Horoscopiam. Aruspices sunt uicini quasi Horuspices. id est horarum inspectores qui obseruant tempora in rebus agendis. Aruspices quasi aras inspicientes qui in extis et in fibris sacrificiorum futura considerant. Augurium vel auspiciū aliter quando ad oculum pertinet. Et dicitur auspiciū quasi auis spaciū. quia in motu et volatu auium attenditur. Aliquando ad aures pertinet. et tunc dicitur augurium quasi garritus auium quia aures percipiuntur. Horoscopica que est constellation dicitur. est quando in stellis fata hominum queruntur sicut genethnati faciunt. natiuitates obseruant. qui olim spiritualiter magi nuncupabantur. De quibus in euangelio legimus. Sortilegi sunt qui sortibus diuinatiōes querunt. Malefica sunt qui per incantationes demoniacas siue ligaturas. vel alia quecumque execrabilia



remediorum genera cooperatio demonum atque instinctu nequam proficiunt. Prestigia sunt quando per fantasticas illusiones circa rerum imitationem sensibus humanis arte demonica illudunt. Sunt ergo omnes simul nouem. sub mantice quicquid. id est nigromantia. geomantia. ydromantia. aerimantia. piromantia. Sub mathematica tres. id est aruspicia. Aruspiciū. Horoscopica. Postea tres alie. id est Sortilegium maleficum. prestigium. Prestigia mercurius dicitur primus inuenisse. Auguria frigens inueniunt. Aruspiciam ages primus etruscis tradidit. Idromantiaque primus aperis venit.

Explicit sextus
et per consequens
totus hugonis
didascalicon libri:
ber. Qui est de
modo studendi et
ordine legendi
Anno. M. cccc.
lxxiiij. in vigilia
Simonis et iude.